Liber: Euangeliorum:
Epistolarum:

497

Restauracja rękopisu
i oprawy „Starodruk" 1960 r.

N. Inw. 590.

590

Liber Almagesti Ptolomaei.

Liber almagesti ptholomei

Datus pro Libraria vniuersitatis studij Cracouien. per venerabilem dominum Doctorem Mathiam de Miechow ca-nonicum Cracovien.

Magna constructio ptolemei

Liber hic precepto maimonis regis arabum qui regnavit in baldach abalahazez, filio iosephi filii matre armenici et sergio filio elie yano in anno duodecimo et ducentesimo secte saracenorum translatus e. Qui quidem liber est magnus dictus almagesti, quem ptolomeus pheludensis de scientia stellarum et motuum que sunt in celo, conscripsit. In hoc autem libro sunt .13. dictiones sive libri. In unaquaque quorum huius scientie capitula continentur, que in uniuscuiusque earum principio dicam. In prima autem dictione sive libro .14. sunt capitula.

Dictio prima

Ca. primum in quo huius scientie excellentiam et finem eius utilitatis dicam.
Ca. 2. de ordinibus modorum huius scientie.
Ca. 3. quomodo sciatur quod motus celi sit spericus.
Ca. 4. quod sit quod indicat quod terra sit sperica.
Ca. 5. quod sit quod indicat quod terra sit in medio celi.
Ca. 6. quod sit quod indicat quod terra sit sicut punctum apud celum.
Ca. 7. quod sit quod indicat quod terra localem motum non habeat.
Ca. 8. in quo dicitur quod primus motus qui sunt in celo sunt duo species motus.
Ca. 9. de scientia cordarum partium circuli.
Ca. 10. de modo quo tabule arcuum circuli et cordarum eius fiunt.
Ca. 11. de positione arcuum et cordarum eorum in tabulis.
Ca. 12. de arte instrumenti quo sciatur quantitas arcus qui est inter duos tropicos.
Ca. 13. de scientia quantitatis arcuum qui sunt inter orbem equatoris et inter orbem medii signorum qui est declinatio.
Ca. 14. de scientia quantitatis arcuum equatoris diei qui elevantur in ipsa disposita cum arcubus orbis signorum datis.
Ecce ubi primum capituli prime dictionis initium dedit.
Expleta est dictio prima.

Dictio secunda

Dictio secunda libri almagesti ptholomei pheludensis cuius capitula sunt .13.
Ca. primum de scientia locorum habitabilium terre
Ca. 2. qualiter sciatur quantitatem arcuum circuli orizontis qui sunt inter orbem equatoris diei et orbem declivis propter quantitatem diei longioris dati.
Ca. 3. qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus cum ponuntur et propter quantitatem diei longioris cum fuerit datus et econverso.
Ca. 4. qualiter sciatur que terras inhabitet illi, super summitatem capitum quarum sol transit et quando et quotiens fit illud.
Ca. 5. qualiter sciatur proportiones instrumentorum ad umbras suas in equalitate diei et in temporibus duobus in medietatibus diei per quod quod prediximus cum fuerit data.
Ca. 6. de modo proprietatum linearum orbium equidistantium orbi equatoris diei.
Ca. 7. qualiter sciatur eius quod elevatur de orbe equatoris diei cum eo quod elevatur de orbe signorum in locis spere declivis.
Ca. 8. de modo situs tabularum eius quod elevatur de orbe equatoris diei cum orbibus .10. partibus orbis signorum in locis orbium equidistantium.
Ca. 9. de divisione eius quod sequitur tantum elevationum et distinctionem earum.
Ca. 10. de scientia angulorum provenientium inter orbem signorum et orbem meridiei.
Ca. 11. de scientia angulorum provenientium inter orbem declivem et lineam circuli orizontis.
Ca. 12. de scientia angulorum provenientium inter orbem declivem et orbem descriptum super duos polos orizontis.
Ca. 13. de situ tabularum arcuum et angulorum quos narravimus in orbibus equidistantibus.
Expleta est dictio secunda.

Dictio tertia

Dictio tertia libri almagesti incipit in qua sunt capitula .10.
Ca. primum de scientia quantitatis longitudinis anni et numero dierum eius.
Ca. 2. de positione tabularum motus solis medii.
Ca. 3. de scientia partis motus circularis equalis.
Ca. 4. de scientia eorum que apparent ex diversitate motus solis in aspectu et visione.
Ca. 5. de inquisitionibus particularibus ex diversitate.
Ca. 6. de artificio portionum tabularum portionum particularium que sunt diversitatis.
Ca. 7. de positione tabularum diversitatis motus solis.
Ca. 8. de scientia loci solis ex cursu eius medio.
Ca. 9. de equatione computatione solis et scientia veritatis loci eius.
Ca. 10. de scientia diversitatis alleienui que est inter diem iominum et noctem eius et diem iominum aliud et noctem eius.
Expleta est dictio tertia.

Dictio quarta

Dictio quarta libri almagesti in qua sunt .11. capitula.
Ca. primum ex quibus considerationibus oporteat esse investigationem lune.
Ca. 2. de scientia temporum revolutionum lune.
Ca. 3. de scientia diversitatis motus lune medios.
Ca. 4. de duobus modis scilicet modo circuli egredientis et modo orbis revolutionis in motibus lune significantibus rem unam.
Ca. 5. de demonstratione diversitatis motus lune prime significationis.
Ca. 6. de equatione cursus lune in longitudine et diversitate.
Ca. 7. de equatione cursus lune medii in latitudine et in principio suo.
Ca. 8. de scientia loci motuum lune mediorum in longitudine et diversitate.
Ca. 9. de positione computationis tabularum et diversitatis lune significationis.
Ca. 10. quod quantitas diversitatis lune non est propter diversitatem duorum modorum scilicet propter diversitatem computationis et estimationis in sermone abrachis.
Expleta est dictio quarta.

Dictio quinta.

Dictio .5. libri almagesti .19. continentur capitulis.
Ca. primum de artificio instrumenti armillarum quo accipiuntur stelle et sciuntur loca earum in longitudine et latitudine.
Ca. 2. de scientia modi diversitatis lune duplicis.
Ca. 3. de scientia diversitatis quantitatis lune que est propter solem.
Ca. 4. de scientia proportionis que est inter duo centra, centrum orbis lune et centrum orbis signorum
Ca. 5. de scientia reflexionis orbis revolutionis lunaris in partibus
Ca. 6. quomodo sciatur cursus lune verus per lineas mensurabiles propter motus revolutionum.
Ca. 7. de scientia ponendi tabulas diversitatis lune universalis.
Ca. 8. de positione tabularum diversitatis lune universalis.
Ca. 9. de scientia mutationis universalis lunaris.

Dictio duodecima

Dictio tercia decima

Cāⁿ pᵐ ī ꝓlogo h⁹ libri.

Bonū q̄ fecerit ī eo q̄
uideo illi q̄ ꝑscrutati sᵗ sciām phylosophye
iesure ī h q̄ ꝑtiti sᵗ ꝑtē phylosophye spculatiuā;
ab actiua. qm̄ actiua cōius aū q̄ sit actiua ē spcu
latiua. tn̄ q̄ it̄ eas d̄ diusitate repit̄ ē magnū.
Nō ꝑ q̄ q̄dā bone ūtutes aīales possibile ē q̄nq;
ut sit ī mltis hoīu; sine doctrina. s; ad sciām oīu reꝝ
spclatiuaꝝ n̄ ē pōᵇˡᵉ aliq̄ ꝑueire absq; doctrina tn̄.
s; ꝑ q̄ ꝑducēs ad finē q̄situ ī ꝑte q̄dē actiua ē
institudo assiduatōis sr̄ opatōnē. 7 ī ꝑte q̄dē spcu
latiua addicio spculatōis. Et ꝑ iᵈ uidimᵘ q̄ oz ut
sit ūtificatio opōis illᵈ q̄ credimᵘ p mētes nrās. ut
nō recedam⁹. nz ī pauco ex reb; aḡsideratoē ꝑducēte
ad disᵖōnē pulcrā ordinatā. Et ponam⁹ plimū nr̄e
occupatōis ī iq̄sitoē sciē reꝝ spclatiuaꝝ ꝑ multitudiᵉ
eaꝝ. 7 sr̄ fluā bonitatē ipāꝝ. 7 ꝑ̄x ī reb; q̄b; ꝑpⁱu est
ut nocent̄ doctrinales. O. quā bonū q̄ diuisit aristo
tiles ꝑtē spclatiuā / cū diuisit ī eā ī gn̄a tria ꝑma. na
turale. 7 disciplinale 7 diuinū. qm̄ eēntia oīu; reꝝ
ex matia ē 7 forma 7 motu. Et nō ē pōᵇˡᵉ ut sit una
reꝝ tn̄ s; siglaritatē iuēta actu. 7 ē iā pōᵇˡᵉ ut itlli
gat̄ unaq̄; eaꝝ absq; alia. Cā g̊ ꝑma motu totali ꝑo
q̄n cogitam⁹ motū spliciē / uidim⁹ q̄ ē deus q̄ n̄ uidet̄
iz mouet̄. Et noiabim⁹ hāc spēz iq̄sitōnē d̄ deo nr̄o.
Et hāc q̄dē itlligētiā itlligim⁹ ī altiore altitudiē
reꝝ tn̄. seueētā penit̄ abᵒ̇is sēsatis. Spēs at̄ iq̄sitōis
d̄ q̄litate mālī assidue successiōis / sic albedie 7 cali
ditate 7 dulcedie 7 lenitate. 7 sillib; ill̄ / noiat̄ nālis.
Et sḃa ī q̄ sᵗ ista iuenit̄ s; plimū ī reb; q̄b; accidit
corruptio q̄ sᵗ sb spera lune. Spēs aūt doceēs d̄ disᵖo
sitōne 7 motuū localiū. 7 ē illa q̄ iqrit d̄ figā 7 nuō
7 magitudiē. 7 loco. 7 tpr̄e. 7 q̄ sīlia sᵗ illis. noiat̄
disciplinalis. Et sḃa ī q̄ sᵗ ista ē q̄si media it̄ illa
duo gn̄a. Nō tn̄ ꝑ q̄ iā itlligit̄ ꝑ sēsū 7 absq; sēsu.
s; ꝑ q̄ ē cōis it̄ oīb; corꝑib; q̄ corrūpūt̄ ex eis 7 q̄
nō corrūpūt̄. Ipā g̊ ē ī eo q̄ corrūpit̄ ita q̄ altatur
cū eo ī for̄ q̄ sepat̄ a matꝛa. 7 ī eo q̄ n̄ corrūpit̄. s. ī
nā celesti. remanet ī for̄ absq; altatōe. ꝓptea g̊
q̄z uidim⁹ q̄ duo gn̄a ex t̄b; gn̄ib; d̄ q̄b; iqrit pars
spclatiua n̄ ꝯphēdūt̄ n̄ ex m̄ q̄ ē mag̊ similis
7 mag̊ appens n̄ ꝑ sciā; uerā. diuinū q̄dē ꝑ q̄d
n̄ ē ei nc̄ciū ut appeat sēsui 7 ut ꝯphēdat̄. et
nāle q̄dē ꝑ q̄ matia ē n̄ fixe disᵖoitōis. Et ꝑ
iᵈ n̄ sꝑat̄ q̄ueniētia sapiētū ī ut̄sq;. Et uidim⁹
q̄ ꝑ ꝑtē desciplinalē tn̄ / si sr̄ ea ꝑscrutati fuim⁹
iq̄sitionē. acqrem⁹ sciā; uerā fixā. qm̄ eī dmīati
ones sᵗ ꝑ uias ī q̄b; n̄ ē abiguitas. 7 sᵗ nu̅s. 7 geo
metria. Inuauit nos iᵈ ad studēdū ī hac sciā tota ꝑ q̄
titatē potētie plus oīb; reb;. 7 ꝑ̄ipue ī sciā corꝑoꝝ celle
stiū. qm̄ iq̄sitio ī hac sciā ē d̄ reb; s hitudiē una;
sēp. Et ꝑ iᵈ pōᵇˡᵉ ē ut sit h sciā ī se ipā ꝑ fixiōnē
suā 7 bonitatē sui ordinis s disᵖōnē unā sēp. Et
h ē ꝓpetas sciē uere. Et pōᵇˡᵉ ē ut adiuuet sr̄ sciā;
duoꝝ generꝝ alioꝝ. qm̄ ꝑducit ad sciā; diuinā plus

Nō q̄ istud ē pᵐ cāᵐ almagesti
sub alia t̄nslatōe.

Nō d̄ aristotile

1

q͞ producat o͞es sci͞e. Et id e͞ q͞m nos p hac sci͞am ta͞m
possum͞ puenire ad h͞, ut e͞e ha͞t illa intelligentia cu͞
e͞e e͞ sine motu, et n͞ cu͞ cursu materie. pp ꝓpinqui͞ta
te͞ sua͞ ad id q͞ seq͞r ꝯ͞bas sensatas motas et mo
ue͞tes. q͞ assidue n͞ alterant a reuo l'onib͞ et ordib͞
motuu͞. Et sci͞a q͞dem cor͞ cellestiu͞ ꝯfert i sci͞a na͞
li iuuamentu͞ magnu͞. q͞m maior ps ꝓprietatu͞ ꝯ͞bet
malis n͞ declarat͞ n͞ ex ꝓprietate mot͞ local͞. q͞m scim͞
si corp͞ corrumpit͞ au͞ no͞ corru͞pit͞. cu͞ ꝯte͞plamur i
motu ei͞, an sit s͞c rectitudie͞, au͞ s͞c rotu͞ditate͞.
Et scim͞ si e͞ illd cor͞ leue aut g͞ue. au͞ patie͞s
aut agens. cu͞ aspicim͞ i motu ei͞, an e͞ ad me
diu͞ aut a medio. Et uocat iter͞ sci͞a cor͞ cellesti
u͞ ad bonitate͞ i op͞one et u͞tutib͞ aie, plus q͞ o͞s
sci͞e. pp id q͞ uid͞t i corib͞ d fixio͞e disp͞ois et boni͞te
ordinis et eq͞litatis. et q͞ n͞ e͞ i aliq͞ rer͞ suar͞ su
fluitas. neq͞ q͞ no͞ sit necc͞m. Et uocat sci͞a h͞
gnis ad dilectio͞ne͞ sui. et fac͞ aiam adipisci p illud
ꝯsuetudie͞ s͞ n͞ale͞ simile͞ dispo͞i huic. Nos g͞ su
mus inq͞rentes augme͞tu͞ amo͞is huic dispo͞i fixe.
Ali͞ q͞ addiscim͞ illd q͞ ia͞ ꝯp͞hendru͞t illi q͞ fuer͞t a͞te
nos d hac sci͞a q͞ ꝯ͞bulit ꝓpietati s͞t inq͞sicione͞ d ea.
et ut addam͞ s͞r illd s͞ q͞ ia͞ fecit nos adipisci te͞ps
q͞ fuit i͞t nos et i͞t illos. Et aggabim͞ totu͞ q͞ in
uenim͞ ia͞ expositu͞ usq͞ ad huc fine͞ d hac sci͞a i li
bro, cu͞ eo q͞ ipse e͞ d abreuiato͞e. et p q͞titate͞ qua
possibil͞ sit ei͞ itellect͞ ei q͞ ia͞ precessit i hac sci͞a par.
Et ut lib͞ sit ꝯplet͞. ponem͞ oi͞a q͞bz fit iuuame͞tu͞
i sci͞a cor͞ cellestiu͞ s͞ ordine͞ que͞ oportet. et ut no͞
ꝓlo͞gem͞ s͞mone͞ ptra͞sibim͞ illd cui͞ sci͞am ꝓsecuti
s͞t p͞mi plane. et exponem͞ cu͞ q͞titate possiblita
tis illd q͞ p͞mi no͞ ꝯp͞hendru͞t. neq͞ ꝯsequuti su͞t
ex ei͞ ꝯp͞hensio͞e q͞ oportet.

i. ordinatis motib͞

Quidam princeps noie albuguafe in
libro suo quem sapientum electionem et uerborum
nominauit pulcritudinem, dixit quod
ptolomeus fuit uir in disciplinis sa
piencia potens, preeminens aliis, in duabus
artibus subtilis. s. geometria et astrologia et
fecit libros multos. de quorum numero iste est
qui megasti dicitur cuius significatio est maior perfectus
quem ad linguam uolentes conuertere arabi
cam nominauerunt almagesti. hic autem ortus
et educatus fuit in alexandria maiori terre et
egypti. cuius tamen propago de terra sem extitit
de prouincia que dicitur pheludia. Qui in alle
xandria cursus syderum instrumentis considera
uit tempore regis adriani et aliorum. Et super
considerationes abrachis quas in toto ex
pertus est suum opus condidit. ptolomeus uero
hic non fuit unus regum qui ptolomei uoca
ti sunt. sicut quidam extimant. sed ptolomeus
fuit eius nomen. quemadmodum aliquis nominatur
est cosdre aut cesar. hic autem in statu mode
ratus fuit colore albus in incessu largus
subtiles habens pedes in maxilla dextra signum
habens rubeum. barba eius spissa et nigra den
tes anteriores habens discoopertos et raptos. os
eius paruum, loquele bone et dulcis. fortis
ire. tarde sedabatur. multum spaciebatur et
equitabat, parum comedebat multum ie
iunabat, redolentem habens anelitum et in
dumenta nitida, mortuus est anno uite sue
septuagesimo octauo. Hec sunt dicta sapien
tis et sapientis ptolomei. Conuenien
ens est intelligenti pro deo uerecundari cum
ea que ipsi non sunt grata cogitat. Intel
ligens est qui linguam suam semper refrenat
nisi ad hec ut deo loquatur. Insapiens
est qui sui ipsius ignorat quantitatem.
Cum aliquis sibi placet ad hec deductus
est ut irascatur supra ipsum sit. In bono operetur
operatur quod bonitatem largi datoris atten
dere debes. in malis (i. aduersis) quod purgationis et
eterne remunerationis bonitatem. Quanto
plus fini appropinquas bonum cum augmen
to operare. Hominis disciplina sui intellectus
socius est et apud homines intercessor. Non
fuit mortuus qui scientiam uiuificauit, nec
fuit pauper qui intellectum dominatus est.
Qui inter sapientes humilior est sapientior
existit. sicut lacus profundior magis habundat
aqua omnibus aliis lacubus. Non disceptas nisi
cum eo qui ueritatem concedit, nec respon
deas nisi ante querenti consilium et accipere de
sapienti. Tuum consilium non committas nisi qui
ipsum celauerit. Qui in mundo permanere

noluerit. cor paciens aduersitatibus preparet.
Paruus domus est dolor minor. Plus gaudeas
quod non dixisti errorem, quam quod bene dicendo non
tacuisti. Cum irasceris non extendas iram tuam
ad peccatorem, tamen uindicte dimissio non fuit
debilitas parte. Ultime hominis promissio
nes cani sunt. Iustorum corda secretorum sunt
munimenta. Qui per alios non corrigitur. alii
per ipsum corrigentur. Manus intellectum
animarum tenent habenas. Unum habenas regere
melius est quam multos habere milites. Fiducia
est socius consolans quamuis non consequaris (licet)
eam tamen anguaris. Securitas solitudinis
dolorem remouet, et pauor multitudinis con
solationem aufert. Inter homines altior existit
qui non curat in cuius manus sit mundus.
Inuito uidetur quod altius boni ablacio sit sibi
bonum. Homines lucrantur censum et census
lucratur homines. Qui scientiam suam ultra auctoritatem
que in ipso est extendit, est sicut pastor debilis
cum multis ouibus. Qui in dignitate sua ualde
extollitur in eius amissione nimis deprimitur.
Qui male operando uult celari. satis discoopertus
est. Qui in mendatio confidit tempestiue
ue deficiet ei. Meditatio ueritatis existit
clauis. Intercessor est petentis ala. Anima non
egreditur a fiducia usque ad mortem. Animus
ignorans suo socio magis inimicatur.
Quidam rex inuitauit ptolomeum ad pran
dium, qui rogans se fore excusatum dixit
regibus contingit fere quod contingit consideratibus
picturas, que cum a longe uidentur placent,
propinque uero non dulcescunt.

Liber hic precepto maimonis
regis arabum qui regnauit in baldache ab
alahazer filio ioseph filii matre arimetici
et fugio filio elie xano. in anno ducentesimo et du
centesimo secte saracenorum translatus est. Qui
quidem liber est magnus dictus almagesti quem
ptolomeus pheludiensis de scientia stellarum et
motuum qui sunt in celo conscripsit. in hoc
autem libro sunt tredecim dictiones in una
quaque quarum hii sunt capitula continentur que
in unaquaque earum principio dicam. Itaque
in prima dictione quatuordecim sunt capitula.

Incipit liber almagesti ptholomei.

Bernaldi de ... Johannes de ... ...

hoc dic[itur] ideo quia multa q[ue]ru[n]t[ur] scienda de deo que no[n] sunt s[ecundu]m illa[m] sp[eci]em, ut ea que credu[n]t[ur] sine probat[ione].

Capitulum septimu[m] quid sit quod indicat quod terra non habet localem motum.

Capitulum octavum in quo demonstratur quod primi motus qui sunt in celo sunt duo primi mot[us].

Cap[itulum] nonu[m] de sci[enti]a cordar[um] parcium circuli.

Capitulu[m] decimu[m] demo[n]stra[n]do quo tabule arcuum circuli et cordaru[m] eius fiant.

Capitulum undecimu[m] de positione arcu[um] et cordarum eor[um] in tabulis.

Capitulum duodecimu[m] de arte instrume[n]ti quo sciturus quantitas arcus qui e[st] inter duos tropicos. Capitulum terciu[m] decimu[m] de sci[enti]a quantitatis arcium qui sunt int[er] orbe[m] equationis diei et inter orbem medij signor[um] qui est declinatio.

Capitulum quartum decimu[m] de sci[enti]a quantitatis arcium equationis diei qui elevantur in spera directa cum arcubus orbis[signor[um]] secte ubi primi capituli prime dictionis inicium dedit. Ca[pitulum] p[ri]mu[m] in quo est h[uius] sc[ienti]e excellencia et fine et utilita[s].

Bonum dominic fuit quod sapientibus no[n] [ne]ta dicta... determinantibus visum e[st] cum parte sp[ec]ulationis a parte op[er]ationis diviserit, que sunt due sapiencie partes, licet n[on] co[n]tingat ut op[er]atio sit sp[ecu]latio prius, inter eas t[ame]n non parva existit differ[enti]a. Non solum quia et si quorundam excellencium actiuum a[n]i[m]e bonitatem possibile sit pluribus ho[m]i[nu]m in e[ss]e absq[ue] doctrina, non t[ame]n tocius sci[enti]e absq[ue] doctrina comp[re]hendere est possibile, verum et quia plimu[m] utilitatis consistit in op[er]at[ion]e quod p[ro]p[ter] plimam p[er]severancia[m] agendi in rebus et in sci[enti]a quod p[ro]p[ter] augmentum in sci[enti]a. Quia p[ro]p[ter] nob[is] visum e[st] expedire nobis ut decernamus institutionem op[er]ationu[m] cum doctrina principior[um] eorum que reperiuntur in imaginatione et intellectu. Ne quid desit ex inquisitione decius pulcre ubi decentis forme cum institutionis bonitate. neq[ue] in minimis rebus. neq[ue] in vilibus ut expendam plurimu[m] n[ost]ri ocij et studij. et plimu[m] n[ost]re intencionis in disciplina sc[ienti]e magne et excelse et precipue et precipue que proprie noiatur sci[enti]a. O quam bonu[m] fuit quod aristotiles divisit theoricam cum in tria prima g[e]n[er]a distribuit in naturale doctrinale theologicum. g[e]n[er]atio na[m]q[ue] omnis g[e]n[er]ati ex materia est et forma et motu. Neq[ue] e[st] possibile ut in aliquo modo unu[m] q[ui]d[em] hor[um] trium solum p[er] se sigillatim stans absq[ue] alio inveniatur. possibile t[ame]n est ut solu[m] absq[ue] alio intelligatur. Quod si quis scire querit que sit prima c[aus]a primi motus, affirmabitur ei causam illud s[ecundu]m ordines p[er]scrutatus fuerit, quod e[st] d[eu]s invisibilis et inmobilis. Sp[eci]es aut[em] theorice qua inquiritur indagatio sciendi de deo illud quod est in supr[e]ma altitudine or[dinu]m noiatur theologica. Et hec quidem intelligitur separatum e[ss]e a substanciis sensibilibus. Species vero theorice qua sp[eci]es materiales investigantur semper alterate in album et nigrum. et calidum et frigidum et acetosum et dulce, et que his similantur, nominatur naturalis, hec aut[em] natura in rebus antiquis plimu[m] sub orbe lune movetur. Sp[eci]em no[n] indicante[m] demonstratione[m] sp[eci]er[um] formarum et motus eor[um] que localiter moventur et quantitatem et magnitudine[m] et temp[us] et figuram et q[ue] hijs similia existunt singillatim, ponam et vocabo eam proprie noi[n]e sc[ienti]e. Et hec quidem natura est quasi medium inter illas duas naturas, non t[ame]n quin possibile est ut comprendatur sensu sicut sp[eci]es comprenditur naturalis et absq[ue] sensu et que ad modum sp[eci]es comprendi[tur] theologica, veru[m] et quia ip[s]a co[mmun]iter consistit in omnib[us] corporibus que corrumpuntur et que no[n] corrumpu[n]t[ur]. In eis aut[em] que non corrumpuntur existit cum alteratione forme que no[n] separatur a materia. S[ed] in eis que non corrumpunt[ur] s[cilicet] in natura celesti. remanet in forma sua absq[ue] alteratione. Quia p[ro]p[ter] dico quod duo reliq[ua] g[e]n[er]a divisionis theorice sola extimatione nominantur et no[n] sc[ienti]e veritate comprenduntur, theologicu[m] n[ihi]l[ominu]s quia nu[m]q[ua]m videtur nec comprenditur. Naturale vero p[ro]p[ter] motionem materie et levitatem sui cursus et velocitate[m] sue alterationis et parvitate[m] sue more, qua re convenienca sapientu[m] nu[m]q[ua]m in eis expectatur. Genus vero doctrinale ip[su]m solu[m] replet eum qui ip[su]m studiose deponit et vehementi investigatione, sci[enti]a p[er]manente vera absq[ue] alteratione et dictate. q[uonia]m demonstrationes que in ip[s]o sunt, s[ecundu]m via[m] sunt in quibus no[n] e[st] ambiguitas cum sumat[ur] ex sci[enti]a num[er]i et mensure. Nos aut[em] volumus ut in tota hac sci[enti]a quantu[m] possumus d[e]siteremus et precipue in sci[enti]a corpor[um] celestium. In hac namq[ue] sci[enti]a semper fit investigatio et consideratio de rebus que sunt semper uno modo. Quia p[ro]p[ter] possibile est ut hec sci[enti]a in se ip[s]a p[ro]p[ter] sui declarationem et sui ordinis bonitatem uno modo semper existat, quod quidem propriu[m] est sc[ienti]e vere, hec quoque non parum valet ad reliquor[um] duor[um] modorum sc[ienti]e comp[re]hensione[m] et precipue sc[ienti]e dei excelsi. Ip[s]a namq[ue] est via adscendendum deum altissi[mum]

[Left margin notes:] orbis

cap[itulum] p[rim]u[m] in quo h[uius] sc[ienti]e excellencia et fine et utilitate dicit.

h[ic] notat e[ss]e i[n] o[mn]i sci[enti]a theorica[m] e[ss]e et practica[m] et utraq[ue] sci[enti]a differunt i[n] h[oc] quod theorica e[st] illa cuius finis e[st] sola sci[enti]am q[ue]rere, practica e[st] investigare ea que in operatione existunt.

i[d est] quod sit quida[m] qui sine magistro intelligunt in practica.

[Right margin notes:] has res intelligit sine c[aus]a sive intellectua...

...existit in o[mn]ib[us] corporibus ... mortalibus et inmortalibus ... celestis ... forma ... etherea ... absq[ue] alteratione ...

i[d est] logica, theologica et naturali.

i[d est] arismetica et geometria.

mu per rationem cum perscrutatione et intellectum que rerum illa uere et manifeste significant deum qui non alteratur et non mouetur et non est nouus neque est factus quoniam ipsa nostre scientie quod ipse altissimus meminit existit. et quia ipsa est semita ducens ad deum. Ipsa namque sola cum de rebus semper manentibus cum perseueranti inquisitione et de rebus que sunt ex genere considerationis eius quod non alteratur et existimatione ipsius absque opere uicinatur accidentibus que sunt in reuolutionibus et ordinibus motuum qui sunt in rebus sensatis mouentibus et motis semper eius in quibus non existit diuersitas. Ad genus quod naturale non parum extat iuuamimus. Totalitas enim proprietatis nature materialis non uidetur neque comprenditur nisi ex proprietate conuersionis motus localis. Quia per id quod corrumpitur et quod non corrumpitur per motum rectum et circularem sentitur. graue namque et leue et agens et paciens in uenitur per motum a medio et per eum qui est ad medium. preterea in actionibus quoque et honestatibus morum laudabilium non est eius necessitas parua, immo nichil est magis ea adiuuans ad acuendos uisus mentis et oculos intellectus ad considerandum ea que operibus simulantur diuinis. scilicet bonitatem moderaminis et equalitatis et paruitatem arrogantie. Et quoniam ipsa facit eum qui eam perseuerant sequitur hanc celestem pulcritudinem diligere, et docet eum cum perseuerancia diuini studii et continuacionem eius cum ipso ad id quod anime sue est. scilicet bonitatem forme et assimilat eum creatori suo. Nos autem laborabimus ut in amore scientie sempiternorum manentium usque ad terminum quem eorum conditor eis imposuit in sequentibus huius nostri libri addamus. et uelo huius scientie quorum comprehensio iam completa est ascendentibus ea non de uiantibus scilicet bonitatibus hanc scientiam et inquirentibus eam cum inuestigatione et studio adiscemus. Desideramus uero addere in ea ex declaratione secundum mensuram qua possibile fuit tempus quod fuit inter nos et eos nobis addere. De omnibus uero huius scientie que iam existimamus fore manifesta et posita et certificata apud nos usque adhuc nunc primus tempus elaborabimus librum scribere compendiosum et quanto plus possibile est breue secundum mensuram cum qua possibile sit ut illes in arte arismetice ipsum intelligere. Quia uero ipsam complere nolumus ponemus quecumque possibile est afferre et quo indigent ex scientia celesti uniuscuiusque sibi proprio et secundum suos ordines.

Ne autem liber prolongetur quecumque uerificata sunt ex eis que ab antiquis posita sunt simpliciter solum pertransisseam. Que uero comprehendere non potuerunt aut aliter quam oporteret posuerunt elaborabimus perficere et speculari secundum quantitatem nostre uirtutis. **Ca. 2. de ordinibus motorum huius scientie.**

Quod primus de hac scientia est premittendum summatim est scientia habitudinis totius terre ad totum celum. Et primum quod oportet nos in sequentibus de diuisionibus eius et partibus assumere est inuestigatio scientie loci orbis declinis per quem ordinem signorum intelligimus et post scientiam que accidunt locis terre habitabilibus deinde post hec sequemur cum diuersitate que est inter orizontas eorum ab eis inseparabili que prouenit per declinationem secundum eorum ordines. Nam cum eorum que prediximus scientia premissa fuerit erit inquisitio eorum que sunt preter ista facilioris (?) ire. secundum quod post hec in ea adnarrandum oportet nos sumere est inquisitio scientie motus solaris et lunaris et que in eis contingunt. impossibile namque est comprendere scientiam stellarum et que de eis scientia explanare nolumus ante horum scientie comprensionem. quia quod secundum sermo de stellis erraticis est postremum quod in ea oportet nos sumere secundum quod ordinabiliter uidetur. tunc uero oportet ut premittamus de orbe stellarum fixarum sermonem deinde consequatur hunc sermo de quinque stellis que nominantur planete. Et elaborabimus ut declaremus unumquodque eorum que prediximus sumendo ad inuentionem horum initia et considerationes, per res apparentes et manifestas in quibus non est dubietas ex eis que antiqui tradiderunt et nos post eos experti sumus quasi fundamentum et principia et constituemus super ea quecumque ea secuntur secundum semitas demonstrationum mensurabilium.

Secunda uero eius quod narrando oportet **Ca. 3. quod sit scientia quod celum sit spericum et motus eius sit** nos preponere est que prefatam. dico quod celum **spericum** est spericum et motus eius spericus et quod figura terre cum omnibus suis partibus secundum sensum est sperica et locus eius in medio totius celi similis est centro. et quod ipsa secundum magnitudinem et spacium est quasi punctum quantum ad orbem stellarum fixarum et quod ipsa non habet motum localem et permutatam paucos sermones secundum demonstrationem dicimus quoque eorum que prediximus ad rememorandum. primum quod cogitauerunt antiqui de his que prediximus uere fuit hoc quod dicam de eo quod considerationibus uidebant. uidelicet quod sol et luna et reliqui que stelle mouebantur semper ab oriente ad occidentem super orbes ad inuicem equidistantes incipientes

a terra/ et inde post hoc uno moderamine ad infimum inferius descenderet donec essent quasi cadentes in terra non caderet.

q. d. si destruximus totam astrorum veram. et posuerimus quod sit vana et c.

tes ab infimo inferiori et paulatim elevaban tur ad supremam altitudinem. ac si elevarentur ab oriente/ et paruo tempore post hec morarentur caderent et ab sconse/ post hec orirentur et caderent ac si alterum haberent principium/ et inveniebant hec tempora que erant motuum earum ab oriente ad occidentem et ab occidente ad orientem cum mensuratione alternata. et fuit plurimum quod pon. plurimum vero quod probavit eorum cogitationes ad affirmandum figuram esse sphericam fuit revolutio stellarum semper apparentium que videntur in circulis revolvi supra unum centrum. Necessario igitur oportet ut punctum illud quod est centrum sit polus spere celestis/ et videbant quod quecumque stellarum magis appropinquant puncto in circulis revolvebantur brevioribus. Et quecumque illarum sunt a puncto remotiores revolvebantur in circulis maioribus secundum mensuram propinquitatis et remotionis donec elongatio perveniat ad eas que occultantur. et videbant quod earum que occultantur que cumque propinquiores existunt semper apparentibus minus morantur in occasu. Et que sunt remotiores magis morantur secundum quantitatem propinquitatis et remotionis. hec igitur et eis similia solum sunt prima que eorum intenciones confirmaverunt et in eorum cogitationibus fixerunt quod figura celi esset sperica. Sed post hec reliqua que secuntur ista et significationibus illius. Sed post hec reliqua indicancia hec idem que secuntur ista sunt quod nos videmus quod quecumque videmus in celo ex rebus apparentibus significant diversitatem eius in quo contradicencium consistit intencio. Si hoc est ut ponamus quod homo dicat quod motus stellarum est secundum rectitudinem usque ad infinitum quemadmodum quidam existimaverunt. possibile ergo nobis est/ ut dicamus si ita est quomodo possibile est ut videamus unamquamque earum singulis diebus super nos oriri ab ortu circa. Et quomodo est possibile ut ad ortum suum redeat cum eius motus sit secundum rectitudinem usque in infinitum. Et quomodo si revertitur/ secundum rectitudinem non videtur redire. Et quomodo non alteratur eius longitudo et non minuitur ex ipsius lumine et magnitudine et paulatim et postea occidit. Nos vero huius diversitatem videmus/ cum apud occasum suum augmentatur/ et inde fuisset minuitur ac si secaret superficiem terre secaretur. Preter quod etiam videtur quod ipse accenduntur ab terra et postea extinguntur in ea. ostendam quod secundo hic omni ingnorancia maior existit/

Quod si nos concesserimus quod hec mensuratio magna et excelsa quae est in magnitudine mensurarum earum et quantitatum et longitudinum et locorum et temporum sit vana et falsa/ et quod sit natura quorumdam eorum terre accendens et quorumdam extinguens/ sed locus quibusdam eorum sit accendens/ et quibusdam extinguens/ et quod quedam stelle in terminet quibusdam temporibus sint accense/ et quibusdam extincte/ et quibusdam neutre non accense non extincte/ erit totum hec derisio et illusio dicentis ipsum. Quid ergo dicent in semper apparentibus que non oriuntur nec occidunt. ob quas causas accendentes et extinguentes non oriuntur et occidunt in omni loco apparentes que non oriuntur nec occidunt semper apparentes in omni loco super terram. Ille enim hec sunt stelle non in omni loco oriuntur et occidunt semper. Et apparentes que non oriuntur et occidunt in quibusdam locis non semper apparent in omni loco/ et ideo manifestum est quod stelle ille in quibusdam locis oriuntur et occidunt. et in quibusdam nec oriuntur nec occidunt. Universaliter autem dico quod quamcumque figuram aliquis dixerit esse motus celestis preter spericam necessarium erit ut sint spacia que sunt a terra usque ad loca altiora diversa ubicumque sit terra sive in medio totius sive a medio totius remota. Quare propter hoc oportebit ut videamus magnitudinem mensure stellarum et intervalla earum adinvicem diversa in loco uno in omni revolutione eo quod quandoque sint in longitudine minore. Et similiter oportebit ut sit declinatio signi in suo cursu quandoque remotioris intervalli et quandoque maioris. nos enim nichil horum videmus. Quod autem videmus ex augmento magnitudinis earum cum sunt apud orizontas/ non demonstrat nobis sic esse propinquitas earum et paruitas longitudinis earum ab orizonte/ sed est quasi simile ei quod in aqua ponitur videtur enim maius. et quanto plus profundatur in ea et in profundum mergitur augmentatur eius magnitudo/ demonstrat et affirmandum esse figuram fore spericam. quoniam convenientia considerationum per instrumenta non est possibilis nisi secundum hunc modum et hanc figuram tantum. Nunc quoque dicemus naturalem sermonem/ celestis namque motus levior est omni motu et velocior absque tarditate et prohibitione/ et figurarum velocioris motus ex superficialibus circulus est/ et ex corporeis spera. et ethima figure plurium

alternata mensuratione intelligitur illa quod est in die et nocte quia quantum dies addit sic nocte uno tempore tantum nox addit sic diei alio tempore.

sub orizonte.

s. diu. et alii apparent

minus morantur sub terra.

hec sunt hee rationes quas diximus

i. per duas alias rationes
o. s. quod figura celi sit sperica
s. quod figura celi sit sperica

s. ea que videntur in celo significant diversitatem eius s. quod celum non est sperica.

s. huius positionis s. quod motus celi sit spericus.
o. s. in quo contradicentium consistit dictum.

s. quod motus stellarum est secundum rectitudinem usque ad infinitum.

ut quod modo maior/ modo minor sit.

s. quod minuatur ex ipsius lumine et c.

i. duas predictas rationes.

q. ad illas que non oriuntur nec occidunt

ob quas causas s. et c.
s. accendentes et extinguentes

s. apparentes que non oriuntur et occidunt

i. ad celum

in longitudine maiori et quandoque

Sic ergo innuet quod celum habet plures angulos quam aliqua figura superficialis, et ita quod celum sit plenangulus.

laterum que sunt in circulis equalibus plures habentes angulos sunt eis maiores/ est circulus maior figuris superficialibus, et est spera maior figuris corporeis. Celum ergo est maius corporibus que sunt preter ipsum/ ad hec quoque scientiam repimus semitam ex rebus naturalibus. Ether namque tenuior est et subtilior omnibus corporibus vehementius similis adinvicem. Cuius autem partes adinvicem similantur, due tamen sunt ex superficialibus circuli/ et ex corporeis spere. Quia ergo ether non est superficialis et neque est nisi corporeus/ oportet tunc ut sit spericus. Nos quoque reperimus corpora naturalia terrena et spissa corruptibilia diversarum partium facta secundum figuras et circulos non adinvicem similes. Et repimus celestia similia similium partium sempiterna habitudinis unius que consistunt in ethere facta secundum speram. Si vero essent plana aut admodum tecti alia cooperientia non quicumque vident ea viderent ea in hora una neque ex partibus terre diversis rotunda. Quapropter oportet ut quia ether ea continens in sua natura est spericus et quia eius partes sunt similes sit ipsius motus circularis secundum equalitatem. Capitulum 3m

quod sit quod indicat quod terra sit sperica.

Declaratur nobis quod terra cum omnibus suis partibus secundum sensum sperice sit figure/ quia videmus solem et lunam et reliquas stellas non in omnibus locis oriri et occidere in una hora/ primo oriuntur et occidunt prius super orientales/ et postremo super occidentales. Hec autem scimus quia repimus considerationes temporum eclipsium et precipue lunarium que sunt in hora una scriptas in libris antiquorum qui eas consideraverunt in horis diversis non equalibus/ incipientes omnes a meridie et invenimus principium horarum que sunt in libris orientalium antiquorum qui consideraverunt plus quam earum que sunt in libris occidentalium. Postquam ergo invenimus diversitatem que est inter horas secundum quantitatem longitudinum que est inter loca/ tunc verificatur nobis ut existimemus superficiem terre spericam. Non vero hoc accideret nisi terra sperica foret. Gibbositas namque que est ab omnibus partibus eius adinvicem similibus est que cooperit lumen et fiunt tenebre. Deinde apparet augmentum et diminutio in eo consequitur de partibus ipsius secundum mensurationem unam. Quod si figura terre non foret sperica non esset ita. Preterea nobis possibile est ut sciamus hoc ex eo quod dicam. Quod si terra foret concava

videremus stellas oriri prius super occidentales/ et si esset plana orirentur super omnes habitantes etiam in una hora. Quod si esset triangulata aut quadrata/ aut alterius figure poligonie orirentur et stelle super omnes habitantes in superficie una et super unam rectam lineam in hora una/ nos autem nichil horum videmus. Neque etiam est ut sit figura longitudinis circularis cuius rotunditatis sit superficies adorientem et occidentem, cuius due superficies extremitatum eius sint super duos polos mundi, et hec sit equalitati similius estimatur. Si vero hec ita foret, nullus habitancium super ipsam gibbositatem aliquam stellarum apparentium videret semper et omnes stelle orirentur et occiderent super omnes homines preter stellas equalis longitudinis ab unoquoque duorum polorum. Ipse namque essent apud omnes homines semper occulte. Nos autem videmus quod quanto plus imus ad plagam septentrionalem secundum quantitatem nostri ingressus in eam augmentatur quod occultatur a nobis ex stellis meridianis et quod apparet nobis ex septentrionalibus/ et declaratur nobis per equalitatem eius quod gibbositas terre nobis occultat in hiis duabus partibus cum adinvicem comparantur in omnibus earum plagis quod ipsa est rotunda/ similiter quoque cum nos in aqua imus ad montes aut alta loca que sunt specule a quibus ex orizontibus veniamus et ad quoscumque fuerimus videmus magnitudines quantitatum eorum paulatim quasi elevari ex mari et quasi ante hec fuissent submersa. Ergo declaratur nobis quod hoc est propter gibbositatem superficiei aque. Capitulum 4m quod sit quod indicat quod terra sit in medio celi.

Postquam novimus hec: tunc si sciare ei...

Pervenimus locum terre per ea que narrabimus tunc non complebitur eius scientia per hec quod apparet nobis inde. Sicut videmus et repimus nisi cum affirmaverimus locum eius medium celi sicut centrum in spera tamen ... Si vero ipsa sic fuerit, necessarium erit ut aut terra sit egressa ab axe equalis longitudinis ab unoquoque duorum polorum. Aut supra axem sit fixa inclinata tamen ad unum duorum polorum. Aut non sit supra axem neque sit eius longitudo ab unoquoque duorum polorum equalis. Quod autem destruit sermonem dicentis quod locus eius sit primus trium est quod narrabo. Si imaginarem eam cum hominibus ad superiora eorum elevatam aut cum eis ad inferiora eorum demersam et a medio commutaretur eorum cum essent modo recto, ne noctis et diei equalitas semper apud eos esset eo quod orizon secaret quod ex celo esset supra terram et sub ea absque equalitate semper, et cum essent in loco ubi est spera declivis accideret eis ~~aut aut~~

ut aut nullo modo dies et nox apud eos equarentur aut si apud eos eet equalitas non fieret hoc in transitu medij inter tropicum estiualem et tropicum yemalem eo quod hec duo spacia necessario eent inequalia quoniam circulus quem orizon secaret tunc in duo media non eet circulus equalitatis qui est maior qui reuoluitur sup duos circulos polos motus totius. sed eet unus circulorum qui equidistant ei aut extis qui ab eo sunt septemptrionales aut extis qui sunt ad meridiem. apud uero omnes homines iam affirmatum est quod hec duo spacia in omni loco equalia existunt propter hoc quod inueniunt addicionem diei equalis in longitudine sua quousque perueniat ad illum cuius longitudo longior est in tropicis estiualibus esse equalem diminutioni in longitudine sua usque quo perueniat ad illum cuius breuitas siue longitudo breuior est in tropicis yemalibus. quod si ymaginemur terram inclinatam cum hominibus ad plagam orientalem aut occidentalem contingeret eis ne viderent magnitudinem stellarum neque earum longitudines equales et secundum unum modum in orizonte matutinali et uespertino. et neque eet apud eos tempus quod est ab oriente ad medium celi equale tempori quod est a medio celi ad occidentem. hoc autem totum diuisum est ab eo quod uidemus. Illud quoque quod concludatur sermo dicentis quod locus terre est hoc totum. scilicet quod est supra axem inclinata ad unum duorum polorum est quod narrabo. si hoc modo eet superficies orizontis in omni climate non secaret supra terram neque quod est sub ea ex celo secundum equalitatem. sed semper secaret ipsum secundum diuersitatem multis modis quorum quodlibet in se ipso diuersificaretur et quarumcumque eet aliquo alio neque eet possibile ut orizon secaret celum in duo media nisi tamen in orbe recto. In circulo autem declini in quo propinquior duorum polorum semper apparet minueretur quod eet supra terram et augmentaretur quod eet sub ea semper. Quia propter superficies huius orizontis secaret circulum maiorem qui transit supra medium signorum absque equalitate hoc autem est quod non sic apparet. omnes enim homines semper uident sex signa supra terram apparere et sex reliqua occultari et celari. deinde post hec apparent illa sex oculta supra terram et occidunt reliqua alia. propter hec ergo declaratur quod orizon secat et partes orbis signorum in duo media. quoniam unaquaque duarum medietatum orbis apparet integra semel supra terram et occultatur sub ea semel. summa uero eius occultaretur nisi locus terre eet sub ea linea equationis diei. sed eet inclinata ad unum duorum polorum ad septemtrionem aut ad meridiem et quod non eet umbra instrumentorum opposita orientalis in equalitate diei cum umbra instrumentorum occidentali supra unam rectam lineam sup superficies equidistantes orizonti. Nos autem uidemus eam equalitatem supra lineam unam in omni loco et ex hoc demonstratur quod non affirmatur sermo dicentis quod locus terre est extra eos quos diximus. Quicquid enim accidit contrarium ei quod uidemus in duobus locis primis adunatur interdum. dico autem conficientem quod alteraretur et omnino mutaretur totum quod apparet ex mensuratione augmenti et diminutionis in ebdomadis et die si locus terre non eet medium. neque eent eclipses lunares in omnibus plagis celi in oppositione lune et solis supra dyametrum. multociens enim non obumbraret eam terra in transitu oppositionis. neque nisi in spaciis que eent minora medietate circuli Ca. 6. quod sit quod indicat quod terra sit sicut punctum apud celum.

Manus quo sentitur quod terra secundum sensum punctum apud celum. quantum ad spacium quod prouenit a centro terre usque ad orbem stellarum fixarum sit sicut punctum. est quod magnitudines quantitatum stellarum et interuallorum que inter eas existunt uidentur in omnibus plagis celi ubique et aliarum in eadem hora equales et similes quemadmodum inuenimus considerationes que sunt in diuersis climatibus non diuersas neque in aliquo differentes. in instrumentis quoque umbrarum que ponuntur in cunctis plagis terre et in centris orbium que sunt ex armillis similibus uero centro terre impotentia apparent que uidentur et reuolutio umbre et motus eius ad omnem partem similia rebus apparentibus absque deceptione. ac si ipsa transirent supra punctum medij terre. Manifestius autem indicium quod hoc sit sicut diximus est quod superficies que egrediuntur a uisibus ubique qui nominantur orizontes semper secant speram celi in duo media. hoc autem impossibile eet si magnitudo terre sensibilis eet quantum ad celeste spacium. Neque nisi superficies que transit supra punctum centri terre solum secaret orbem in duo media. Superficies uero que transiret super quemlibet locum superficiei terre faceret semper partes que eent sub terra maiores eis que supra ipsam eent sed non sic uidetur.

Ca. 7. quod sit quod indicat terram non habere motum localem.

Quemadmodum in precedentibus ostendimus quod terra non egreditur a centro ita declarabitur non esse possibile ut terra ad aliquam suarum plagarum moueatur et quod omnino non mouetur a loco centri. eadem namque contingerent accidentia que euenirent si non medium eius locus eet. Quia propter estimam quod inuestigare causas motus qui est ad medium superfluum est quia uanum post illud

.I.

quam semel ostensum est. Debet quod inveniatur quod terra
sit in loco medii mundi, et quod gravia omnia undique
ad ipsam festinanter tendunt. Facilius autem quod ap-
paret ex eis que iterum sumuntur ad inveni-
endum quod diximus est, quod cum eo quam ostensum est de
hoc quod terre figura sit sperica et locus eius medium
totius sicut diximus, declinatio et motus corporum
gravium proprius et partes motus ad terram in omni
hora et in omni loco sunt secundum rectos angulos super
superficiem fixam contingentem terram cadentem.
Manifestum est autem, postquam hoc est secundum quod diximus, quod ten-
dencia ad terram motu suo pervenirent ad cen-
trum nisi esset quod terre superficies obsistit eis
et prohibet ante hoc. Et linea recta que pervenit
ad centrum semper orthogonaliter existit supra su-
perficiem spere celestis contingentis lineam se-
cando. Qui autem extimaverunt mirabile esse
ut cum corpus terre superatam aliquam non sit si-
tum stet et non submergatur et inferius de-
scendat propter sue gravitatis multitudinem, erra-
verunt eo quod posuerunt consideratione secundum quod eis
accidit et non secundum quod proprietati totius acci-
dit. Quod si affirmarent quod magnitudo terre cum
comparatur ad magnitudinem corporis totius
ipsam continentis est eius quantitas quantum
ad ipsum sicut punctum, non affirmarent eorum mira-
culum videre. Et quod hoc est possibile ut illud quod
est in fine parvitatis per comparationem ad id quod
est in fine magnitudinis sit retentum, ita ut in
loco suo remaneat, propter hoc quod illud quod est in multitudine magnitudinis substentat quod est in centro
eius quod est in multitudine parvitatis undique et
impellit equaliter et similiter. Mundus autem in se
ipso neque habet superius neque inferius. Quare nul-
lorum que in ipso sunt possibile est ut sit motus
secundum proprietatem eius naturalem ad levia et
subtilia, cum sint ex eis que ascendunt et ele-
ventur, sit eorum motus et intencio sicut ad
superiora, sicut egredientis ad circumferenciam,
et omnis quod elevatur ad superiora capitis nostri
quod nominatur superius, est intencio et motus ad
superficiem continentem. Spissorum vero gra-
vium intencio et motus sit ad medium et centrum.
Et existimatur ut eorum intencio et casus sit
ad inferiora. Quod autem pedibus nostris subest quod no-
minatur inferius est ad centrum terre, et vere
motus fiunt fortes et aggregantur moven-
cia et stant fixa in medio ex coartatione et
sustentatione et impulsione eorum ad invicem
ab omnibus partibus equaliter et similiter. Quare fit
ut graves res et si sint parve congregantur
sive consequantur terram apud quantitatem
eius quod ad ipsam tendit, cum ipsa sit fixa
recipiens totum quod ad eam cadit ab omnibus partibus.
Quod si terre et reliquorum corporum gravium que sunt
preter eam esset motus unus communis, terra propter superflui-
tatem sue molis et gravitatis vinceret omnia
gravia que sunt preter ipsam et inferius iret et re-
manerent animalia et unumquodque specierum gravium sita in
aere et terra velociter omnino caderet et pertransiret
celum. Solum tamen imaginari hec et eius simile
est derisio et illusio imaginationis ipsorum. Quidam
vero hominum cum extiment in hiis nichil bonum res-
pondere posse quod istorum refellat sermonem concedunt
et affirmant estimantes quod si affirmaverint quod celum
sit fixum et non motum et quod terra moveatur super axem
unum ab occidente ad orientem et revolvatur quaque
die semel, aut quod celum et terra simul moveantur
quantum moventur, illud tamen sit super axem unum tantum
quemadmodum diximus et secundum quantitatem quod unum eorum
consequitur alterum, non erit aliquid refellens eorum
sermonem et destruens eorum testimonium. Ipsi vero ne-
sciunt quoniam licet propter illud quod in stellis apparet non est
impossibile quin sit hoc secundum quod dixerunt secundum acceptio-
nem absolutam, propter hec vero que nobis contingunt et in
aere apparet declaratur quod eorum sermo est maior stul-
ticia que esse potest. Quod si nos concederemus eis quod est
contrarium nature, scilicet ut leve subtile similium
parcium aut nullo modo moveatur aut moveatur
motu non diverso a motu qui secundum naturam ei con-
trarius est, tunc manifestissime declaratur
quoniam motus eorum que sunt in aere sublevi
subtili velocior est omnibus terreneis. Et si conce-
deremus eis quod est ut motus gravium spissorum dilatorum parci-
um sit proprius velox equaliter, tunc iam etiam de-
claratur quod terrena forsitan non possunt in modo
sunt preparata se ad invicem movere, propter hoc quod
affirmant quod motus terre velocior existit omnibus
motibus qui sunt super ipsam propter ipsius revolutionem
ad locum suum in tam brevi hora. Quod si ita esset aer
semper sentiretur moveri motu diverso motus terre.
Neque videremus nubes semper transire ad orien-
tem neque aliquam avium neque aliquid eorum que
in aere iaciuntur, propterea quod terra consequeretur omnia
semper et vinceret ea velocitate sui cursus ad o-
rientem et estimaretur quod omnia que sunt preter
ipsam semper irent ad partes occidentis. Si
autem dixerint aerem cum terra moveri motu
in velocitate motui ipsius equali, tunc estima-
tio tarditatis motus naturalium que sunt
in eo a duobus motibus simul non erit mi-
nor. Quod si dixerint quod illa naturalia fixa aeri
coniuncta ac si essent solidata cum eo moventur,
tunc iam sequetur ea ne videantur antecedenci-
a neque subsequencia. Sed sint semper fixa et non
habeant alterationem neque in acrestancias.

quamvis ipsius sit magna quantitas

alarum motionem, neque moveantur localiter neque in eorum motu neque in eorum volatu neque in eorum ... et eorum casu. Nos autem manifestissime videmus quod nulla alia eorum est necessaria velocitas neque tarditas propter motum terre. Hos vero modos necessario oportuit antecedere divisiones ... et partes eorum et que sequuntur ea post hoc in eis. In eis autem que de eis diximus sicut capitula et principia sufficientia est. Et nos declarabimus ea et confirmabimus per ea que eis attestantur de rebus que videntur et adequabimus in sequentibus huius nostri libri per demonstrationem de convenientia eius cum rebus apparentibus.

Ca[pitulum] 2 in quo declaratur quod primus motus qui est in celo est duo

Postquam que prediximus vere oportet ut [primi motus] ex summa que antecessit sint et primum motus celi duo, quorum unus est qui movet totum semper ab oriente ad occidentem uno modo in revolutionibus equalis velocitatis super orbes ad invicem equidistantes quos duo poli spere celestis revolvunt, qui totum secundum equalitatem volvunt. Horum autem orbium maior nominatur orbis equationis diei. Preter orbem orizontis, scilicet qui est maior, ipsum secat solummodo in duo media semper in omni loco inter reliquos equidistantes. Cum ergo sol super ipsum volvitur equantur dies et nox secundum sensum ubique terrarum equaliter. Alter vero motus est qui movet orbem stellarum currentium contra motum primum, videlicet ab occidente ad orientem super duos alios polos et non super polos eius. Nos autem non affirmamus quod posuimus nisi quando cum consideramus omnia que in celo sunt quaque die videmus ea sensibiliter in die una oriri et mediare celum et occidere super locum in forma similia et orbi equationis diei equidistancia. Et hoc quidem est proprietas primi motus. Motum vero secundum intelligimus ex eis que post hoc videmus in considerationibus frequentibus. Videmus enim stellas que sunt preter currentes adherentes proprietati locorum suorum inter vallis que sunt inter eas fixas cum motu primo. Solem vero et lunam et stellas erraticas videmus hec cum motu primo motus diversos non equales, et eos omnes ad orientem ad partes stellarum fixarum spaciis que sunt inter eas, quod illud quod eas revolvit sit orbis unus, quod si motus planetarum et solis et lune essent super orbes equidistantes orbi equationis diei, scilicet super duos polos motus primi, esset in firmamento motum unum ad movendum totum sufficiencia. Nos quoque verisimile videmus ut earum motus non dicerentur diversi nisi secundum estimationem, et non ut haberent motus diversos. Nos vero videmus cum earum motibus earum ad orientem hec motus ad septentrionem et meridiem semper et videmus quantitatem inequalem ... lorum earum que sunt in eis diversam. Si fere estimamus quod illa earum declinatio que est in eis sit propter res impellentes eas et necessario ad eam ducentes, propter hanc ergo estimationem sunt diversi absque mensuratione. Cum autem affirmamus quod hoc sit propter orbem declivem ab orbe equationis diei in quo moventur, possibile est ut inveniamus eas hoc motus diversos secundum quod sentiuntur, ipsi tamen in se sunt non diversi. Quia propter scimus quod orbis hic declivis solis proprie currentibus est attributus et quod sol motu suo ad orientem signat ipsum et rectificat, et ab utraque parte huius circuli et supra ipsum est transitus lune et aliarum erraticarum, et earum transitus a septentrione ad meridiem et a meridie ad septentrionem semper ..., neque aliqua earum quantitatem spacii sibi attributi in aliis partibus ab utraque parte orbis declivis parum earum pertransit. Hic orbis non invenitur nisi magnus, propter hoc quod sol ad ipsum pervenit ab orbe equationis diei duobus spaciis equalibus ad septentrionem et meridiem. Orientis ergo omnium stellarum currentium ad orientem sunt motus uno determinato quem ad modum diximus, et necessarium est ut affirmetur quod hic motus qui est super duos polos orbis declivis cuius inventionem comprehendimus sit secundus a motu universali primo et quod ipse est contra ipsum. Quod si ymaginati fuerimus orbem magnum descriptum supra polos duorum orbium quos prediximus et tendentem in latitudinem a meridie ad septentrionem quem eorum poli revolvunt ab oriente ad occidentem, et quem necessario convenit secare orbem equationis diei et declivem ab eo in duo media orthogonaliter, reperiemus quatuor puncta super que secant declivem, duo quorum sunt illa super que secat ipsum orbis equationis diei, quorum unumquodque alteri oppositum est, que vocantur equancia diem; quorum unum est super quod transit sol a meridie ad septentrionem nominatum vernale, et alterum super quod transit sol a septentrione ad meridiem nominatum autumnale. Et reliqua duo puncta sunt super que secat eum orbis magnus.

descriptus super polos duorum orbium. duorum autem quorum alter oppositus est quorum unum qui est a parte que consequitur meridiem ab orbe equationis diei nominatur tropicus hyemalis, et alter qui est a parte que consequitur septemtrionem ab orbe equationis diei. nominatur tropicus estivalis. Si orbis autem qui motum unum primum universale continentem omnes motus alios de quibus prediximus comprehendit et terminat orbis magnus signatus supra polos duorum orbium motus sui et que sunt eius ab oriente ad occidentem. super duos polos orbis equationis diei qui sunt qui fixi in orbe meridiei. qui per circum comparationem differunt ab orbe quem prediximus quem poli duorum orbium voluunt. quoniam nullo modo ipsi duo poli orbis declivis in aliqua horarum voluuntur quoniam ipse ortogonalis est supra orizonta, nominatur orbis meridiei quoniam ipse secat unamquamque duarum medietatum spere celestis que est supra terram et que est sub ea in duo media et mediat tempora noctis et diei. et stat locus eius semper. motum vero secundum ampliorem continet motus primus. et ipse continet orbes omnium stellarum currentium. si movet eos motus primus quem ad modum diximus ab oriente ad occidentem. et ipse movetur et hec super duos polos orbis declivis qui sunt fixi sicut duo centra semper in orbe qui comprehendit motum primum et terminat ipsum descriptus supra polos duorum orbium. qui cum eo vere moventur. et manent fixi in motu eo qui est contra primum eorum locum in orbe magno ab eis revoluto declivi ab orbe equationis diei declinatione que semper una existit. Capitulum .9. de sciendo quantitates cordarum partium circuli.

Summa vero principiorum qua oportuit nos incipere et premittere est secundum quod narravimus. quoniam nos volumus incipere demonstrationibus que sunt super particulares quarum prima est demonstratio qua reperitur quantitas arcus qui est inter duos polos quos nominavimus circuli magni signati super polos duorum orbium inter ... et necessario oportet nos primus loqui de scientia quantitatis cordarum partium circuli. quia volumus declarare demonstrationem super hec que narravimus tibi sumus plicatis. sufficit ergo nobis post hec ut levior sit inventio eius quod volumus scire quantitates tabulas ... ut divisam quidem circuli circumferentiam per trecentas et sexaginta partes. et ponam super unumquemque arcuum in eis per augmentum medietatis partis. s. medietatis partis. et ordinam ipsis quantitates cordarum que eis subtenduntur et dividam diametrum circuli in .120. partes. propterea ut nobis declaretur eius levitas numerus. post tamen quam vident oribus capitulis patet et ad protractionem eius quod volumus velocioribus demonstrabo qualiter per certum sciamus quantitatem cordarum. ideo ut non tantum sint posite nobis in tabulis. et ut ingeniemus eas per modos mensurationis et numerationis. si enim positione earum in tabulis demonstrabimus scientiam quantitatis earum. cum facilior sit ... ex capitulis scientie numerationis et mensurationis et assumemus numerum sexaginta in omnibus que operati sumus ex capitulis ut alleviemur operatio in fractionibus. et sequemur in omni multiplicatione et divisione ad sciendum ... quantitatis veritatem volumus ei propinquius. ita ne quod ex eo deest quantitatis sit sensibilis. Sit itaque primum semicirculus .abg. erectus super diametrum .adg. circumductus super centrum .d. protraham autem .d. super lineam .ag. ortogonaliter lineam .db. et dividam .dg. in duo media supra .e. et producam lineam .be. et ponam lineam .ez. equalem .be. et protraham lineam .bz. dico igitur quod .zd. est latus decagoni et .bz. est latus pentagoni. quod sic probatur quoniam .dg. dividitur in duo media supra .e. et adiungitur ei linea .dz. ergo quadratum .gz. in .zd. cum quadrato .ed. equatur quadrato .ez. que est equalis .be. duo vero quadrata .ed. et .db. simul equantur quadrato .eb. Quare productum .gz. in .zd. cum quadrato .de. equatur duobus quadratis .de. .db. simul. Cum ergo minuitur ex uno quoque quadratum .de. remanet quod ductum .gz. in .zd. equale quadrato .d.b. que est equalis .dg. et quia cum latus exagoni et latus decagoni que sunt in circulo uno sunt linea una ipsa dividitur secundum proportionem habentem medium et duo extrema et .gd. que est medietas diametri est latus exagoni. erit .dz. latus decagoni. Et similiter quoniam latus pentagoni potest supra latus exagoni cum latere decagoni qui sunt in circulo uno et triangulus .bdz. est rectiangulus erit quadratum .bz. equale quadrato .bd. que est latus exagoni et quadrato .dz. que est latus decagoni simul. et erit .bz. latus pentagoni. Et quia diametrum circuli divisimus in .120. partes. erit propter hoc quod premisimus erit linea .de. triginta partes. et erit quadratum eius nongenta. et erit linea .bd. quoniam ipsa est medietas diametri sexaginta partes. et eius quadratum tria milia et sexcenta. et quadratum .eb. quod est quadratum .ez. que sunt in circulo uno quatuor

milia et quingenta. Propter hoc ergo erit .ez. sexaginta et septem partes et .4. minuta et 44. secunda. Minuimus et remanebit linea .dz. secundum illas partes 37. partes et 4. minuta et 44. secunda. Latus ergo decagoni quod subtendit arcum .36. partium secundum quantitatem qua circulus est .360. partes erit 37. partes et 4. minuta et 44. secunda secundum quantitatem qua diametros est .120. et quia linea .dz. est 37. partes et 4. minuta et 44. secunda et eius quadratum est .1374. partes et 4. minuta et 36. secunda et quadratum .db. est .3600. et cum hec duo coniungentur erit ex eis quadratum .bz. quod est .4974. partes et 4. minuta et 36. secunda. Ergo propter hoc erit longitudo linee .bz. secundum illam quantitatem 70. partes et 32. minuta et 3. secunda vel minus. Que propter erit latus pentagoni quod est corda septuaginta duorum secundum quantitatem qua circulus est trecentum et sexaginta. Septuaginta partes et 32. minuta et 3. secunda secundum quantitatem qua diametros est .120. partes. Iam ergo manifestum est quod latus exagoni quod subtendit arcum .60. partium et est medietas diametri est .60. partes et similiter et quia latus quadrati quod subtenditur .90. partibus est in potentia duplum medietatis diametri et latus trianguli quod subtenditur centum et viginti est in potentia triplum medietatis diametri et quadratum medietatis diametri est tria milia et sexcenta ergo fiet quadratum lateris quadrati septem milia et ducenta et quadratum trianguli lateris decem milia et octingenta. Que propter erit longitudo corde nonaginta octoginta quatuor partes et 51. minutum et 10. secunda vel minus secundum quantitatem qua diametros est centum et viginti et longitudo corde arcus .120. secundum eandem mensuram centum et tres partes et 55. minuta et 23. secunda.

Iam ergo deinceps nouimus harum cordarum quantitatem in se ipsis et declarabitur nobis quoniam hee corde sunt facilius scientur per eas cum facilior operatio corde que subtenditur arcubus residuis semicirculi cum duo quadrata duarum cordarum simul equalia existunt quadrato diametri circuli. Vbi gratia. Iam ostensum est quod corda triginta sex partium est triginta et septem partes et 4.

minuta et 55. secunda et quadratum eius .1374. partes et 4. minuta et 36. secunda et quadratum diametri est quatuordecim milia et quadringenta et quadratum corde residui semicirculi quod est .144. et est residuum quadrati diametri et est tredecim milia et 25. partes et 55. minuta et 24. secunda. Longitudo ergo corde residui semicirculi est centum et 14. partes et 7. minuta et 37. secunda vel minus secundum illam quantitatem et similiter sciemus per cordas reliquas notas cordas arcuum reliquorum semicirculi et declarabo in sequentibus qualiter per istas cordas sciatur inuentio cordarum arcuum diuisorum reliquorum postquam nos premisimus capitulum valde vtile in hac scientia. Sit itaque circulus .abgd. in quo describam quatuor latera super que sunt .abgd. et protraham duas lineas .ag. bd. et ostendam quod quadratum .ag. in bd. equatur simul duobus quadratis ab. in dg. et ad. in bg. Quod sic demonstratur. Ponam enim angulum abe. equalem angulo dbg. et quia angulus dbg. equatur angulo abe. tunc si nos communem fecerimus angulum .ebd. et addiderimus ipsum vnicuique ipsorum erit angulus abd. equalis angulo ebg. Angulus bda. est equalis angulo bge. cum communis corda est arcus vnius. Triangulus ergo .abd. est equiangulus triangulo .bgc. Que propter proportio .bg. ad .ge. est sicut proportio .bd. ad da. Quadratum ergo .bg. in .ad. equatur quadrato .bd. in .ge. Et quia angulus .abe. est equalis angulo .dbg. et angulus .bae. equatur angulo .bdg. erit triangulus .abe. equiangulus triangulo bgd. Ergo proportio ba. ad ae. est sicut proportio bd. ad dg. Quadratum itaque .ba. in .dg. equatur quadrato .bd. in ea. Iam vero declaratum fuit quod quadratum .bg. in ad. est equale quadrato .bd. in .ge. Ergo totum quadratum .ag. in bd. est equale quadrato .ab. in .dg. et ad. in .bg. simul et illud est quod voluimus demonstrare.



Et postquam iam hec premisimus capitulum describam semicirculum super quem sunt .abgd. super diametrum .ad. et protraham ab .a. duas cordas .ab. .ag. sitque vnaqueque earum quantitas nota et producam

Cum quadratum ag in gz est notum... ego linee ag ... nota ...

reliquum est notum et reliquum gd est nota quia si quadratum alicuius linee est notum et ipsa erit nota.

8

cordam. bg. dico quod et corda. b. g. est nota. Quod sic probatur. Protraham duas cordas. bd. gd Manifestum est quod ipse note sunt. quoniam quelibet earum est corda residui semicirculi et quia in circulo est quadrilaterum super quod sunt. abgd. quod quadratum ba. in. gd. cum quadrato. ad. in bg. simul equatur quadrato ag. in bd. et iam quadratum ab. in bd. est scitum et quadratum. ab. in. gd. est scitum. et diametrus. ad. est nota. erit corda. bg. nota. Iam ergo ostensum est quod cum fuerint duo arcus noti notarum cordarum superflui qui est inter eos erit nota et manifestum est et quod possibile est. ut per hoc capitulum eveniant plures superfluorum arcuum cordas que se ipsas notas habeant producantur et sic reperiemus cordam arcus duodecim partium quod scimus cordam sexaginta et cordam septuaginta duorum.

.z. figura

Quod si etiam arcus fuerit notus et corda eius nota et voluerimus invenire cordam medietatis eius. tunc describemus semicirculum supra quem sint. abg. sitque diametrus. ag. et sit arcus. bg. cordam habens notam quem secabimus media supra. d. secabo. Et protraham cordas. ab. ad. bd. dg. et producam perpendicularem. zd. super diametrum. ag. erectam. dico quod ergo .zg. est medietas superflui. ag. super. ab. Quod sic probatur. ponam lineam. ae. equalem. ab. et producam lineam. de. et quia. ab. est equalis. ae. ad. communis. erunt due linee. ab. ad. equales duabus lineis. ae. ad. quarum relative sunt equales et angulus. bad. equalis angulo. ead. et basis bd. equalis basi. de. et quia. bd. equatur. dg. erit. dg. equalis. de. Quia ergo triangulus. deg duorum equalium existit laterum. erit perpendicularis. dz. dividens basim. eg. in duo media ergo. ez. equatur. zg. at tota. eg. est superfluum. ag. super. ab. ergo. zg. est medietas superflui. ag. super. ab. Et quoniam corda arcus. bg. est nota. erit corda residui semicirculi. que est ab. nota. que est equalis. ae. et quia diametrus. ag. est nota. erit. eg. que est residuum diametri. nota. et eius medietas que est zg. nota que est medietas superflui ag. super ab. Quia ergo in triangulo. adg. ortogonio egreditur ab eo perpendicularis. dz. erit

triangulus. adg. ortogonius equiangulus triangulo. dgz. et erit proportio. ag. ad. gd. sicut proportio. gd. ad. gz. Quadratum ergo ag. in. gz. equatur quadrato. g.d. Quare propter longitudinem. corda. g.d. est nota que subtenditur medietati arcus. bg.

.q. figura

Per hoc quoque capitulum scientur corde plures mediante eo cuius iam precessit scientia. Quarum est sicut corda arcus duodecim partium. et corda arcuum sex partium et corda arcuum trium partium et corda arcus partis et semis, est pars et 34. minuta. et 15. secundum quod invenimus secundum quantitatem qua diametrus est. 120. partes et corda arcus medietatis et quarte partis secundum illam quantitatem est et si fere. et 47. minuta et 8. secunda. Describam circulum. abgd. super diametrum ad. et sit centrum circuli. z. et accipiam ab. ad. duos arcus notos quorum duas cordas notas habentes supra quos sint. ab. bg. et copulabo unam cordam cum altera. dico ergo quod si protraxerimus cordam. ag. erit nota. quod sic probatur. producam lineam. ab. diametrum circuli quod sit. bze. et protraham lineas. bd. dg. de. ge. Manifestum est quod residua que ex scitarum. bg. scietur. ge. et ex notitia. ab. scietur. bd. et de. et propter hoc quod iam premisimus. cum in circulo est quadrilaterum supra quod sunt. bg de. et eius due diametri sunt. bd. ge. erit quadratum unius diametri eius in alteram equale omnibus duobus quadratis omnium duorum laterum oppositorum cuiusque in alterum. Quia ergo quadratum. bd. in. ge. est notum. erunt duo quadrata. bg. in de. et gd. in be. simul nota. diametrus vero. be. est nota ergo linea. gd. reliqua est nota. Quia propter corda arcus residui semicirculi que est. a.g. est nota. Iam ergo notum est quod cum duo arcus fuerint noti cordas habentes notas erunt eorum corde similiter composite note.



.q. figura

Per hec autem capitulum declarabitur nobis quod quotiens composuerimus cordam arcus partis et semis cum qualibet cordarum notarum reliquis tantum quod erit ex earum compositione descenserimus in tabulis nostri libri cordam contingit ut cum arcus illarum cordarum duplabuntur habeat arcus cuiusque illarum cordarum totam integram et erunt corde eorum omnes veraciter note et remanebunt inter omnes duas cordas eorum duo loca duarum cordarum tantum quarum perscrutabitur scientia quod composuimus arcus in tabulis nostri libri secundum superfluum medietatis partis. Quod si nos reperimus cordam arcus medietatis partis vere et invenirem cum ea per capitulum compositionis et capitulum superfluum augmentorum quantitates cordarum reliquorum arcuum que sunt inter cordas notas quas diximus secundum veritatem ex numeratione linearum (similitudine) et regendir, et per hec compleremus omnes cordas circuli secundum superfluum medietatis partis et medietatis partis. hec autem non secundum veritatem reperitur. Quoniam et si corda arcus partis et semis sit nota, tamen corda tertie eius non est reperta secundum veritatem per numerationem (similitudine). perscrutabor ergo inventionem corde arcus unius partis per cordam arcus partis et semis et per cordam arcus medietatis et quarte partis, ponam capitulum de hoc. Quamvis hoc non contineat veram quantitatem omnium cordarum, possibile tamen est ut per ipsum inveniatur quantitas cordarum parvorum arcuum, ita ut nichil veritatis eius cuius sentitur quantitas deficiat. Et ad hoc premittam et dicam quod si descripserimus in circulo duas cordas diversas erit proportio corde longioris ad cordam breviorem minor proportione arcus corde longioris ad arcum corde brevioris. et describam propter hoc circulum supra quem sint .ab.gd. in quo sint due corde diverse quarum brevior sit .ab. et earum longior sit .bg. dico ergo quod proportio corde .bg. ad cordam .ba. est minor proportione arcus .bg. ad arcum .ba. Quod sic probatur. Dividam enim angulum .abg. in duo media linea .bd. et protraham lineas .aeg. et .ad. et .gd. et quia angulus .abg. divisus est in duo media linea .bed. erit linea .gd. equalis linee .ad. linea autem .ge. est longior linea .ae. producam autem a .d. ad lineam .aeg. perpendicularem .dz. et quia linea .ad. est longior linea .ed. et linea .ed. est longior .dz. erit circulus descriptus super centrum .d. cum longitudine .de. secans .ad. et pertransiens .dz. ergo signabo circulum super quem sit .het. et producam .dz. ad .t. et erit sector .det.

est maior triangulo .dez. et triangulus .dea. est maior sectore .deh. erit proportio trianguli .dez. ad triangulum .dea. minor proportione sectoris .det. ad sectorem .deh. proportio autem trianguli .dez. ad triangulum .dae. est sicut proportio linee .ez. ad .ea. et proportio sectoris .det. ad sectorem .deh. est sicut proportio anguli .zde. ad angulum .eda. ergo proportio linee .ze. ad lineam .ea. est minor proportione anguli .zde. ad angulum .eda. Cum ergo composuerimus erit proportio linee .za. ad lineam .ea. minor proportione anguli .zda. ad angulum .ade. et erit proportio duplicis .az. quod est .ga. ad .ae. minor proportione anguli .gda. qui est duplus anguli .adz. ad angulum .eda. Sed proportio linee .ge. ad .ea. est sicut proportio corde .gb. ad cordam .be. ad .ab. ba. et proportio anguli .gdb. ad angulum .bda. est sicut proportio arcus .gb. ad arcum .ba. proportio ergo corde .gb. ad cordam .ba. est minor proportione arcus .gb. ad arcum .ba. et hoc est quod volumus demonstrare



Postquam affirmavimus hanc precedentem figuram describam circulum .abg. et inveniam duas cordas .ab. .ag. et ponam primum ut .ab. subtendatur arcui medietatis et quarte partis circuli et .ag. subtenditur arcui partis unius et quia proportio corde .ag. ad cordam .ab. est minor proportione arcus .ag. ad arcum .ab. et arcus .ag. est equans tertia arcus .ab. et ergo et iam ostensum est quod corda .ab. est sicut .0. 47. minuta .8. secunda secundum quantitatem qua diametrus est .120. erit corda .ga. minus parte et duobus minutis et quinquaginta secundis secundum illam quantitatem. hec namque ratio existit tanto et tertie tanti quanti cum sunt .47. minuta et .8. secunda. In hoc quoque circulo ponam ut corda .ab. subtendatur arcui partis unius et corda .ag. subtendatur arcui partis et semis. secundum ergo quod narravimus quoniam arcus .ag. est equalis et semis arcus .ab. erit corda .ga. minus quod sesquialtera et semis corda .ab. Iam autem ostensum fuit quod corda .ag. est pars .1. et 34. minuta et 15. secunda secundum quantitatem qua diametrus est .120. corda ergo

Et cum diviserimus erit proportio linee .ge. ad lineam .ea. minor proportione anguli .gde. ad angulum .eda.

ooo i. mox .ag. equalis arcui a.b. et 3ª partis eius

.j.

diametrus ē. 120. partes.

ab. est plus partem duobus minutis 7 40. secundis. secundum illam quantitatem pars namque 7 34. minuta 7 14. secunda sunt tamen in circuli tanti quantitatem quanti ē una pars 7 duo minuta 7 40. secunda. postquam corda unius partis circuli que est minus parte 7 duobus minutis 7 40 secundis 7 minus ē maius. parte 7 duobus minutis 7 40. secundis tunc manifestum ē quod convenit nobis ut accipiamus cordam. unius partis circuli partem unam corde 7 duo minuta 7 40. secunda. secundum quantitatem qua diametrus est. 120. 7 propter hoc quod iam ostensum est per id quod prediximus erit corda arcus medietatis partis fere sine. 7 triginta unum minutum 7 24. secunda. 7 propter hoc complebitur residuum reliquarum cordarum quas posuimus que sunt inter cordas notas. Cordam vero arcus duarum partium sciemus per compositionem per superfluum videlicet. per superfluum arcus arcus partis 7 semis cum arcu medietatis. partis. Sed corda arcus duarum partium 7 semis sciemus per superfluum vel per superfluum arcus trium partium super arcum medietatis partis / 7 sciemus similiter quantitatem reliquarum cordarum / 7 illud ē quod voluimus demonstrare.

Ca. 10. quomodo fiant tabule arcuum circuli et cordarum eorum.

Quod sunt corda arcus medietatis partis.

Per hoc figura hic demonstratur.

Per hoc hic demonstratur.

Arbitror autem sciatur quantitas cordarum arcuum circuli. hoc levius est quo fit brevius 7 magis aggregatum 7 quoniam necesse est nobis scire numerum partium cordarum 7 quantitatem eius tunc sunt preparate faciam tabulas 7 in una quaque tabula. 45. arcus. eo quod in hac mensurationis levitas consistit 7 describam in prima tabula numerum partium arcuum superfluencium medietate partis / 7 in tabula secunda numerum partium cordarum 7 minutorum partium 7 secundorum earum que subtenduntur arcubus consequenter ex latere / ita quod quantitas corda sunt consequuntur arcum secundum divisionem diametri circuli procedentium. 120. partes / 7 tabula vero tercia partem trigesimam superfluum quod est inter omnes duas cordarum que subtenduntur arcubus superfluentibus medietate partis 7 medietate partis. 10 ut cum sciemus numerum minutorum proportionis medialis minuti minus non diverse a veritate secundum sensum possimus scire levi opere portionem minutorum que sunt ab uno minuto usque ad 30. minuta ex eis que sunt inter omnes duas cordas. Quod hec bene quod declarabitur nobis cum dubitaverimus de errore existente in aliquo numero arcuum cordarum descriptarum in tabulis verificatio illius erroris cum poterimus per hec capitula. verificare illud. Et scientia eius veritatis.

Summa minutorum 24. quod minuta partes sunt 24.

Per medietatem partis

Per partes quod minuta. 7 cordarum.

nulla ratione.

quo ad quintam figuram.

est aut per scientiam corde que subtendit duplo. arcus dati. aut per scientiam superflui quod est inter duos arcus notos duas notas habentes cordas quo ad tertiam figuram. aut per scientiam tocius arcus qui ē ad complendum. semicirculum cum arcu noto cordam habente notam.

quo ad secundam de figuris.



.1. figura

In hoc spacio nichil deficit.

Ca. ii. i p̃te positōne arcuū et cordaꝝ et eoꝝ tabulis.

.D.

Ca. ii. i p̃te positōne arcuū et cordaꝝ et eoꝝ tabulis.

Tabule		arcuum				et			cordarum
medietate et medietas arcus	arcus superfluitates	Cor		de		pars tricesima superfluitatis que est inter omnes duas cordas. Et est portio arcus unius minuti corde			
		partes	minuta	secunda		partes	minuta	secunda	tercia
0	30	0	31	25		0	1	2	50
1	0	1	2	50		0	1	2	50
1	30	1	34	15		0	1	2	50
2	0	2	5	40		0	1	2	48
2	30	2	37	4		0	1	2	48
3	0	3	8	28		0	1	2	48
3	30	3	39	52		0	1	2	48
4	0	4	11	16		0	1	2	48
4	30	4	42	40		0	1	2	48
5	0	5	14	4		0	1	2	46
5	30	5	45	27		0	1	2	44
6	0	6	16	49		0	1	2	44
6	30	6	48	11		0	1	2	44
7	0	7	19	33		0	1	2	42
7	30	7	50	54		0	1	2	42
8	0	8	22	15		0	1	2	40
8	30	8	53	35		0	1	2	38
9	0	9	24	54		0	1	2	38
9	30	9	56	13		0	1	2	38
10	0	10	27	32		0	1	2	34
10	30	10	58	49		0	1	2	32
11	0	11	30	5		0	1	2	32
11	30	12	1	21		0	1	2	30
12	0	12	32	36		0	1	2	28
12	30	13	3	50		0	1	2	28
13	0	13	35	4		0	1	2	24
13	30	14	6	16		0	1	2	22
14	0	14	37	27		0	1	2	22
14	30	15	8	38		0	1	2	18
15	0	15	39	47		0	1	2	18
15	30	16	10	56		0	1	2	14
16	0	16	42	3		0	1	2	12
16	30	17	13	0		0	1	2	10
17	0	17	44	14		0	1	2	6
17	30	18	15	17		0	1	2	4
18	0	18	46	19		0	1	2	4
18	30	19	17	21		0	1	2	0
19	0	19	48	21		0	1	1	56
19	30	20	19	19		0	1	1	54
20	0	20	50	16		0	1	1	52
20	30	21	21	12		0	1	1	48
21	0	21	52	6		0	1	1	44
21	30	22	22	48		0	1	1	42
22	0	22	53	49		0	1	1	40
22	30	23	24	39		0	1	1	36

& corda

Tabule arcuum et cordarum

Arcus superflui equationis dierum p.	m.	Corde partes	minuta	secunda	Pars residua inter duas cordas minutorum: partes	minuta	secunda	tertia (que est portio unius de corda)
23	0	23	55	27	0	1	1	32
23	30	24	26	13	0	1	1	30
24	0	24	56	48	0	1	1	26
24	30	25	27	41	0	1	1	22
25	0	25	58	22	0	1	1	18
25	30	26	29	1	0	1	1	14
26	0	26	59	38	0	1	1	12
26	30	27	30	14	0	1	1	8
27	0	28	0	48	0	1	1	4
27	30	28	31	20	0	1	1	0
28	0	29	1	50	0	1	0	56
28	30	29	32	18	0	1	0	52
29	0	30	2	44	0	1	0	48
29	30	30	33	8	0	1	0	44
30	0	31	3	30	0	1	0	40
30	30	31	33	50	0	1	0	36
31	0	32	4	8	0	1	0	28
31	30	32	34	22	0	1	0	26
32	0	33	4	35	0	1	0	22
32	30	33	34	46	0	1	0	18
33	0	34	4	55	0	1	0	12
33	30	34	35	1	0	1	0	8
34	0	35	5	5	0	1	0	2
34	30	35	35	6	0	0	59	58
35	0	36	5	5	0	0	59	52
35	30	36	35	1	0	0	59	48
36	0	37	4	55	0	0	59	44
36	30	37	34	47	0	0	59	38
37	0	38	4	36	0	0	59	32
37	30	38	34	22	0	0	59	26
38	0	39	4	5	0	0	59	22
38	30	39	33	46	0	0	59	16
39	0	40	3	24	0	0	59	12
39	30	40	33	0	0	0	59	6
40	0	41	2	32	0	0	59	0
40	30	41	32	3	0	0	58	54
41	0	42	1	30	0	0	58	48
41	30	42	30	52	0	0	58	42
42	0	43	0	15	0	0	58	36
42	30	43	29	33	0	0	58	32
43	0	43	58	49	0	0	58	24
43	30	44	28	1	0	0	58	18
44	0	44	57	10	0	0	58	12
44	30	45	26	16	0	0	58	6
45	0	45	55	19	0	0	58	0

Tabule		arcuum			et			cordarum	De corda
arcus superfluitates medietate partis		Cor		de	pars tricesima superfluitatis que est inter cordas, et est portio arcus unius			minutorum	
p.	m.	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tercia	
45	30	46	24	19	0	0	57	54	
46	0	46	53	16	0	0	57	46	
46	30	47	22	9	0	0	57	42	
47	0	47	51	0	0	0	57	34	
47	30	48	19	47	0	0	57	26	
48	0	48	48	30	0	0	57	22	
48	30	49	17	11	0	0	57	14	
49	0	49	45	49	0	0	57	6	
49	30	50	14	21	0	0	57	0	
50	0	50	42	51	0	0	56	54	
50	30	51	11	18	0	0	56	48	
51	0	51	39	42	0	0	56	36	
51	30	52	8	0	0	0	56	32	
52	0	52	36	16	0	0	56	26	
52	30	53	4	29	0	0	56	18	
53	0	53	32	38	0	0	56	10	
53	30	54	0	43	0	0	56	2	
54	0	54	28	44	0	0	55	56	
54	30	54	56	42	0	0	55	48	
55	0	55	24	36	0	0	55	40	
55	30	55	52	26	0	0	55	32	
56	0	56	20	12	0	0	55	24	
56	30	56	47	54	0	0	55	18	
57	0	57	15	33	0	0	55	8	
57	30	57	43	7	0	0	55	2	
58	0	58	10	38	0	0	54	54	
58	30	58	38	5	0	0	54	44	
59	0	59	5	27	0	0	54	36	
59	30	59	32	45	0	0	54	30	
60	0	60	0	0	0	0	54	22	
60	30	60	27	11	0	0	54	12	
61	0	60	54	17	0	0	54	4	
61	30	61	21	19	0	0	53	56	
62	0	61	48	17	0	0	53	46	
62	30	62	15	10	0	0	53	40	
63	0	62	42	0	0	0	53	30	
63	30	63	8	45	0	0	53	22	
64	0	63	35	26	0	0	53	12	
64	30	64	2	2	0	0	53	4	
65	0	64	28	34	0	0	52	54	
65	30	64	55	1	0	0	52	46	
66	0	65	21	24	0	0	52	38	
66	30	65	47	43	0	0	52	28	
67	0	66	13	57	0	0	52	20	
67	30	66	40	7	0	0	52	10	

Tabule			arcuum		et				cordarum
Arcus superfluites medietate partes et medietate partis		Corde			pars trecesima superflui que est inter omnes duas cordas et est portio arcus unius minuti				de corda
.p.	.m.	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tercia	
68	0	67	6	12	0	0	52	0	
68	30	67	32	12	0	0	51	52	
69	0	67	58	8	0	0	51	42	
69	30	68	23	59	0	0	51	32	
70	0	68	49	45	0	0	51	24	
70	30	69	14	27	0	0	51	14	
71	0	69	41	4	0	0	51	4	
71	30	70	6	36	0	0	50	54	h' isto spacio toto hi h' lege n
72	0	70	32	3	0	0	50	46	
72	30	70	57	26	0	0	50	36	deficiat
73	0	71	22	44	0	0	50	24	
73	30	71	47	56	0	0	50	16	
74	0	72	13	4	0	0	50	6	
74	30	72	38	7	0	0	49	56	
75	0	73	3	5	0	0	49	46	
75	30	73	27	58	0	0	49	36	
76	0	73	52	46	0	0	49	26	
76	30	74	17	29	0	0	49	16	
77	0	74	42	7	0	0	49	4	
77	30	75	6	39	0	0	48	56	
78	0	75	31	7	0	0	48	44	
78	30	75	55	29	0	0	48	34	
79	0	76	19	46	0	0	48	24	
79	30	76	43	58	0	0	48	14	
80	0	77	8	5	0	0	48	2	
80	30	77	32	6	0	0	47	52	
81	0	77	56	2	0	0	47	40	
81	30	78	19	52	0	0	47	32	
82	0	78	43	38	0	0	47	20	
82	30	79	7	18	0	0	47	8	
83	0	79	30	52	0	0	46	58	
83	30	79	54	21	0	0	46	48	
84	0	80	17	45	0	0	46	36	
84	30	80	41	3	0	0	46	24	
85	0	81	4	15	0	0	46	14	
85	30	81	27	22	0	0	46	4	
86	0	81	50	24	0	0	45	50	
86	30	82	13	19	0	0	45	40	
87	0	82	36	9	0	0	45	30	
87	30	82	58	54	0	0	45	18	
88	0	83	21	33	0	0	45	6	
88	30	83	43	6	0	0	44	56	
89	0	84	6	34	0	0	44	42	
89	30	84	28	55	0	0	44	30	
90	0	84	51	10	0	0	44	20	

D.

Tabularum descriptio est theorematum ysius

Tabule		arcuum			et	cordar[um]		
Arc[us] sup[er]fluentes uno et medio		Cor	de		pars tricesima sup[er]flui q[uod] e[st] i[n]t[er] o[mn]es duas cordas. et e[st] porcio arcus uni[us] minutor[um] de corda			
p.	m.	partes	m[inu]ta	secu[n]da	partes	m[inu]ta	secu[n]da	tercia
90	30	85	13	20	0	0	44	8
91	0	85	35	24	0	0	43	58
91	30	85	57	23	0	0	43	44
92	0	86	19	15	0	0	43	34
92	30	86	41	2	0	0	43	20
93	0	87	2	42	0	0	43	10
93	30	87	24	17	0	0	42	56
94	0	87	45	45	0	0	42	44
94	30	88	7	7	0	0	42	34
95	0	88	28	24	0	0	42	20
95	30	88	49	34	0	0	42	10
96	0	89	10	39	0	0	41	56
96	30	89	31	37	0	0	41	44
97	0	89	52	29	0	0	41	32
97	30	90	13	15	0	0	41	20
98	0	90	33	55	0	0	41	8
98	30	90	54	29	0	0	40	54
99	0	91	14	56	0	0	40	42
99	30	91	35	17	0	0	40	30
100	0	91	55	32	0	0	40	16
100	30	92	15	40	0	0	40	4
101	0	92	35	42	0	0	39	52
101	30	92	55	38	0	0	39	38
102	0	93	15	27	0	0	39	28
102	30	93	35	11	0	0	39	12
103	0	93	54	47	0	0	39	0
103	30	94	14	17	0	0	38	48
104	0	94	33	41	0	0	38	34
104	30	94	52	58	0	0	38	22
105	0	95	12	9	0	0	38	8
105	30	95	31	13	0	0	37	56
106	0	95	50	11	0	0	37	42
106	30	96	9	2	0	0	37	28
107	0	96	27	46	0	0	37	16
107	30	96	46	24	0	0	37	2
108	0	97	4	55	0	0	36	50
108	30	97	23	20	0	0	36	36
109	0	97	41	38	0	0	36	22
109	30	97	59	49	0	0	36	10
110	0	98	17	54	0	0	35	56
110	30	98	35	52	0	0	35	42
111	0	98	53	43	0	0	35	28
111	30	99	11	27	0	0	35	16
112	0	99	29	5	0	0	35	0
112	30	99	46	35	0	0	34	48

subtendentium

Tabule		Arcuum			et			cordarum
Arcus superfluentes medietatem circuli		Corde			pars tricesima superflui quod est inter omnes duas cordas, et est portio arcus unius minuti de corda			
p	m	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tertia
113	0	100	3	59	0	0	34	34
113	30	100	21	16	0	0	34	20
114	0	100	38	26	0	0	34	4
114	30	100	55	28	0	0	33	54
115	0	101	12	25	0	0	33	40
115	30	101	29	15	0	0	33	24
116	0	101	45	57	0	0	33	12
116	30	102	2	33	0	0	32	56
117	0	102	19	1	0	0	32	42
117	30	102	35	22	0	0	32	30
118	0	102	51	37	0	0	32	14
118	30	103	7	44	0	0	32	0
119	0	103	23	44	0	0	31	46
119	30	103	39	37	0	0	31	32
120	0	103	55	23	0	0	31	18
120	30	104	11	2	0	0	31	4
121	0	104	26	34	0	0	30	50
121	30	104	41	58	0	0	30	34
122	0	104	57	16	0	0	30	20
122	30	105	12	26	0	0	30	8
123	0	105	27	30	0	0	29	52
123	30	105	42	26	0	0	29	36
124	0	105	57	14	0	0	29	22
124	30	106	11	55	0	0	29	8
125	0	106	26	29	0	0	28	54
125	30	106	40	56	0	0	28	38
126	0	106	55	15	0	0	28	24
126	30	107	9	27	0	0	28	10
127	0	107	23	32	0	0	27	56
127	30	107	37	30	0	0	27	40
128	0	107	51	20	0	0	27	24
128	30	108	5	2	0	0	27	10
129	0	108	18	37	0	0	26	56
129	30	108	32	5	0	0	26	40
130	0	108	45	25	0	0	26	26
130	30	108	58	38	0	0	26	12
131	0	109	11	44	0	0	25	56
131	30	109	24	42	0	0	25	40
132	0	109	37	32	0	0	25	26
132	30	109	50	15	0	0	25	10
133	0	110	2	50	0	0	24	56
133	30	110	15	18	0	0	24	42
134	0	110	27	39	0	0	24	26
134	30	110	39	52	0	0	24	10
135	0	110	51	57	0	0	23	54

D.i.

Tabule		arcuum			et	cordarum	
[illegible]	Arc⁹ superfluitatis [illegible]	Corde			pars tricesima superfluum quod est inter omnes duas cordas. Et est porcio arcus unius minuti de corda		
.p.	m.	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tertia

.p.	m.	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tertia
135	30	111	3	54	0	0	23	40
136	0	111	15	44	0	0	23	24
136	30	111	27	26	0	0	23	10
137	0	111	39	1	0	0	22	54
137	30	111	50	28	0	0	22	38
138	0	112	1	47	0	0	22	24
138	30	112	12	59	0	0	22	8
139	0	112	24	3	0	0	21	54
139	30	112	35	0	0	0	21	36
140	0	112	45	48	0	0	21	22
140	30	112	56	29	0	0	21	6
141	0	113	7	2	0	0	20	50
141	30	113	17	27	0	0	20	34
142	0	113	27	44	0	0	20	20
142	30	113	37	54	0	0	20	4
143	0	113	47	56	0	0	19	48
143	30	113	57	50	0	0	19	34
144	0	114	7	37	0	0	19	16
144	30	114	17	15	0	0	19	2
145	0	114	26	46	0	0	18	46
145	30	114	36	9	0	0	18	30
146	0	114	45	24	0	0	18	14
146	30	114	54	31	0	0	17	58
147	0	115	3	30	0	0	17	44
147	30	115	12	22	0	0	17	28
148	0	115	21	6	0	0	17	10
148	30	115	29	41	0	0	16	56
149	0	115	38	9	0	0	16	40
149	30	115	46	29	0	0	16	22
150	0	115	54	40	0	0	16	8
150	30	116	2	44	0	0	15	52
151	0	116	10	40	0	0	15	36
151	30	116	18	28	0	0	15	20
152	0	116	26	8	0	0	15	4
152	30	116	33	40	0	0	14	48
153	0	116	41	4	0	0	14	32
153	30	116	48	20	0	0	14	16
154	0	116	55	28	0	0	14	0
154	30	117	2	28	0	0	13	44
155	0	117	9	20	0	0	13	28
155	30	117	16	4	0	0	13	12
156	0	117	22	40	0	0	12	56
156	30	117	29	8	0	0	12	40
157	0	117	35	28	0	0	12	24
157	30	117	41	40	0	0	12	6

Tabule		arcuum			et		cordarum	
partis	arcus sive fluctuum medietate	Corde			pars trecessima sive fluctuum que est inter omnes duas cordas. et est porcio unius minuti de corda.			
p.	m.	partes	minuta	secunda	partes	minuta	secunda	tertia
158	0	117	47	43	0	0	11	52
158	30	117	53	39	0	0	11	34
159	0	117	58	26	0	0	11	20
159	30	118	5	6	0	0	11	2
160	0	118	10	37	0	0	10	48
160	30	118	16	1	0	0	10	30
161	0	118	21	16	0	0	10	14
161	30	118	26	23	0	0	9	58
162	0	118	31	22	0	0	9	42
162	30	118	36	13	0	0	9	24
163	0	118	40	54	0	0	9	10
163	30	118	45	30	0	0	8	52
164	0	118	49	56	0	0	8	36
164	30	118	54	14	0	0	8	20
165	0	118	58	24	0	0	8	4
165	30	119	2	26	0	0	7	48
166	0	119	6	20	0	0	7	32
166	30	119	10	6	0	0	7	16
167	0	119	13	44	0	0	6	58
167	30	119	17	13	0	0	6	42
168	0	119	20	34	0	0	6	26
168	30	119	23	47	0	0	6	10
169	0	119	26	52	0	0	5	54
169	30	119	29	49	0	0	5	36
170	0	119	32	37	0	0	5	20
170	30	119	35	17	0	0	5	4
171	0	119	37	49	0	0	4	48
171	30	119	40	13	0	0	4	32
172	0	119	42	29	0	0	4	14
172	30	119	44	36	0	0	3	58
173	0	119	46	35	0	0	3	42
173	30	119	48	26	0	0	3	24
174	0	119	50	8	0	0	3	10
174	30	119	51	43	0	0	2	54
175	0	119	53	10	0	0	2	36
175	30	119	54	28	0	0	2	20
176	0	119	55	38	0	0	2	2
176	30	119	56	39	0	0	1	46
177	0	119	57	32	0	0	1	32
177	30	119	58	18	0	0	1	14
178	0	119	58	55	0	0	0	56
178	30	119	59	23	0	0	0	42
179	0	119	59	44	0	0	0	24
179	30	119	59	56	0	0	0	8
180	0	120	0	0	0	0	0	0

Ca. 12. d' artificio instrumenti q° scitur quantitas arcus qui est inter duos tropicos.

Postquam demonstrauimus quantitatem cordarum circuli in unum parcium eius. conuenit ut declaremus primum quemadmodum prediximus quanta sit declinatio orbis signorum declinis ab orbe equationis diei. atque sit proportio orbis magni quem duo poli deuoluunt ad arcum qui est eius portio existens inter duos polos. et secundum quantitatem cuius existit longitudo linee equationis diei ab uno quoque duorum tropicorum/ habeant declarabitur nobis per artificium instrumenti sibi non conuenienti/ cuius artificium est quemadmodum narrabo/ Faciam armillam ex ere mensurate magnitudinis bene planam et lamnatam. cuius superficies sint quadrate/ et assumam eam lineam meridiei/ et diuidam eam per trecentas et sexaginta sectiones secundum sectionem circuli maioris/ et diuidam unamquamque partium eius in quantum potero minuta. deinde aliam armillam minorem huius armille competenti ordine statuam/ et ponam eius latus in superficie una fixa minorque armilla moueatur in interioribus maioris eius motu in ipsius superficie non impedito ad septemptrionem et meridiem et ponam in duobus locis oppositis unius lateris minoris duas regulas paruas equales facie ad faciem et facie ad centrum utriusque armille ipsius/ et ponam ubi uere medium est duarum regularum duas linguas duas extremitates ualde tenues habentes contingentes superficiem armille maioris/ in qua parcium existit diuisio/ et ponam has duas armillas quociens nobis necesse fuerit per eas considerare super perpendicularem mensuratam/ et figam basim perpendicularis sub celo in loco non moto a superficie orizontis/ ita ut sit superficies duarum armillarum erecta supra superficiem orizontis ortogonaliter et sit equidistans superficiei orbis meridiei. preparatio primi horum duorum modorum sic erit. preparabimus .R. ipsum cum perpendiculo quod suspendetur in puncto quod est in armilla supra summitatem capitum. et descendit ita ut transeat super punctum quod ei opponitur/ nobis rectificantibus duas armillas per ea que eas firmet et equet donec filum perpendiculi sit super punctum quod ei opponitur puncto summitatis capitum absque eius inceptione descensio. Secundi uero modi preparatio fiet per lineam rectam quam describemus in superficie supra quam perpendicularis est erecta et sit linea equidistans linee orbis meridiei/ et modo uehemus duas armillas et inclinabimus illas ad partes donec fiat superficies duarum armillarum equidistans linee meridiei quam sub perpendiculari descripsimus/ Cum ergo duas armillas secundum hunc modum preparauerimus/ considerabimus in medietatibus dierum longitudines solis in partibus meridiei donec obumbret tota regula inferior tota umbra superioris. Cum hec ergo fecerimus indicabunt nobis extremitates duarum linguarum numerum parcium que sunt longitudo centri solis a summitate capitum nostrorum in linea meridiei in omni tempore quo uoluerimus/ assumamus et loco duarum armillarum aliud considerandi instrumentum quo uelocius fiat et leuius inueniamus assumatur. faciam .n. laterem lapideum aut ligneum quadratum mensurate latitudinis/ ut supra superficiem sue basis absque tortuositate et declinatione erigatur. Sitque una superficierum eius uehementer plana et leuis et suauis et equalis. Ponam autem apud unum angulorum huius superficiei punctum quod sit tamquam centrum et describam super ipsum quartam circuli et ipso trahamus ab ipso duas lineas rectas ad duas extremitates quarte descripte continentes angulum rectum qui est sub quarta et diuidam arcum quarte in nonaginta partes et diuidam partes in partes suas/ deinde post hec faciam duos paxillos paruos rotundos tornatiles cum tirno equales in quantitate et grossitie/ et figam eos in duabus extremitatibus unius duarum rectarum linearum erecte supra superficiem orizontis/ et sit ei latus alacrior ad partem meridiei/ et ponam medium extremitatis paxilli alterius super medium puncti quod est in extremitate altera inferiori linee/ deinde erigam hanc superficiem laterem in qua est hec linea super lineam descriptam in terra eam distantem linee meridiei ut sit superficies equidistans linee meridiei/ et ponam lineam que est inter duos paxillos libratam cum perpendiculo erectam super superficiei orizontis ortogonaliter nobis et eam rectificantibus per ea que ipsam firment donec supra ipsam cadat filum quod descendit cum perpendiculo a paxillo superiori ad paxillum inferiorem/ postea considerabimus in medietatibus dierum umbram paxilli superioris qui est in centro et ponemus sub quarta descripta aliquid/ ut sit locus umbre uehementer manifestus/ et considerabimus medium umbre super quas partes quarte cadat/ et per hoc indicabitur transitus solis in linea orbis meridiei in latitudine suo. has ergo considerationes proprie quas consi

nobis monentibus armillam in tempore ad partes meridiei

Illud quod sumitur pro nota in demonstratione figure ... ad ... agregat ... maior ... ... agregatio ... ad ... ad ...

Ca. 12. d' artificio instrumenti q° scitur quantitas arcus qui est inter duos tropicos

deinuenimus in hora duor tropicor implib revolutionibus in tropicis estivalib; hyemalibus inuenimus illas longitudines et illas partes que ad septemtrionē sunt longiores et que ad meridiem sunt longiores nō mutari et quociēs consideravimus a puncto summitatis capitum inuenimus q longior longitudo septemptrionis a longiori longitudie meridiei que ē id q ē inter duos tropicos. ē semp quadriginta septem partes partes. et plus duab; terciis partis et minus medietate et quarta partis. Et hec quidem consideratio conuenit consideratiōi quā considerauit arciliarius philosophus. quā abrachis operatus est. Illud. n. q est inter duos tropicos. ē fere undecim sm quantitatem que ē linea orbis meridiei octoginta tres. hac aūt consideratione inuenimus sumitur declinatio locor in quibus consideramus et hec cum assumpserimus arcum qui est inter punctū q est inter hec duo spacia q ē in linea orb equationis diei et inter punctum q ē supra summitatem capitum qui demonstrantur ēē et equalis longitudini cuisq duor polorum. ab orizonte. Et qm sequitur post hec ut demonstrem nūm parcium quantitatū arcuum qui sunt orbium maiorum descriptorum super duos polos equationis diei et sunt arc qui sunt inter lineam equationis diei et lineam medij orb signor oportet ut premictam capitula pauca utilitatem afferencia qb possimus demonstrare multū sciē demonstrationum spericarum quā leui est et sapienci. Describam ergo duas lineas. ab. ag. et protraham inter eas duas lineas. be. gd. A ad. dz. et ex proportione. zb. ad. be. qd sic probatur/ protraham. n. ab. ē. lineā. ch. equidistantem linee. gd. Et quia. ch. et. gd. sunt equidistantes. fit proportio ga. ad ac. sicut proportio. gd. ad ch. ponā aūt. zd. mediā inter. gd. et ch. Manifestū ē g q proportio gd. ad. ch. agregatur ex duabus proportionibus. f. ex proportione. gd. ad. dz. et ex proportione. dz. ad ch. Quia ergo proportio. ga. ad ac. agregatur ex proportione. gd. ad. dz. et ex proportione. dz. ad. ch. proportio uero. dz. ad ch. est sicut proportio. zb. ad. be. qm due linee ch. zd. sunt equidistantes g proportio. ga. ad ac. aggatur ex duabus proportionibus. f. ex proportione. gd. ad. dz. et ex proportiōe zb. ad. be. et hec ē q oportuit nos declarare

Similr quoq; declabitur sm modum diuidendi/ q proportio. ge. ad. ea. agregatur ex duabus proportionibus. f. ex proportione gz. ad. zd. et ex proportione. db. ad ba. q sic probatur/ producā. n. ah. equidistantē. ez. et protrahā. gd. ad. h. ~~equidistantē. ez. et protraham. gd. ad~~ et quia due linee ah. ez. sunt equidistantes fit proportio. ge. ad. ea. sicut proportio. gz. ad. zh. ponā aūt dz. mediā inter. dz. et zh. Manifestum est g q proportio. gz. ad. zh. agregatur ex duabus proportionibus ex proportione. gz. ad. zd. et ex proportione zd. ad. zh. ver. proportio. zd. ad. zh. est proportio. db. ad. ba. qm due linee. ba. zh. cadunt super duas lineas. ah. be. equidistantes. g proportio. gz. ad. zh. agregatur ex duab; proportionibus ex proportione. gz. ad. zd. et ex proportione. bd. ad ba. proportio aūt ge. ad ea. est sicut proportio. gz. ad. zh. g proportio. ge. agregatur ex duab; proportiōib; ex proportione. gz. ad. dz. et ex proportione db. ad ba. et hec ē q demostrare uolumus.

Describam circulum supra quē sint. abg. super centrum. d. et separo ex circulo duos arcus. ab. bg. et ponā unūquēq eor semicirculo minorē et similr oīs arcus quē separo in sequentibus hanc g exceptionem memorie commendamus et protraham duas lineas ag. et db. Dico ergo q proportio ae. ad eg. est sicut proportio corde dupli arcus. ab. ad cordam dupli arcus. bg. qd sic probatur protraham. n. duas perpendiculares a duob; punctis a. g. ad lineam. d.b. que sint. az. gh. et quia az. gh. equidistant et cadit super eas linea. aeg. erit proportio. az. ad. gh. sicut proportio ae. ad eg. proportio uero az. ad. gh. ēst sicut proportio corde dupli arcus. ab ad cordā dupli arc bg. qm unaqueque est medietas corde sui dupli ergo proportio ae. ad. eg. est sicut proportio corde dupli arcus ab. ad cordam dupli arcus. bg. et illud est q demonstrare uolumus.

Hoc aūt sequitur. q cum arcus. ag. totus fuerit notus/ et proportio corde dupli arcus. ab. ad cordam dupli arcus. bg. nota/ erit unusquisq duor arcuū. ab. bg. notus. Verbi gracia. Reiteralo enī figurā et protraham lineā ad. et producam a. d. perpendicularem ad lineam aeg. que sit dz. et qm cum fuerit arcus. ag. notus erit angulus. adz. cuius basis est medietas arcus notus. et erit totus triangulus. adz.









Nam o[mn]ium trianguli ortogonii. dze. diameter sit. de. et q[ui]a. ze. est notus ... arcus cuius corda est nota per tabulas arcuum et cordarum ... angulus. cdz. erit notus. item ... angulus dcz. erit notus et angulus z. est rectus ... ergo quadratum. de. est notum ... ergo. de. est notum ...

cuius basis est medietas arcus. notus est et totus triangulus. adz. notus. et manifestum est quod cum fuerit nota corda. ag. tunc etiam firmum est quod proportio ae. ad eg. est sicut proportio corde dupli arcus. ab. ad cordam dupli arcus. bg. erit linea. ae. nota et post hec sciemus. ze. et propter hec quod dz. est nota. sciemus ex hiis angulum. edz trianguli edz. ortogonii. Quoniam omnis trianguli ortogonii notorum laterum reliqui eius anguli sunt noti per id quod premisimus in tabulis locum portionis cuiuslibet corde arcus. Sciemus ergo totum angulum. adb. et propter hec sciemus arcum ab et sciemus arcum. bg. qui est residuum arcus ag. et hoc est quod oportuit nos demonstrare.

Describam etiam circulum supra quem sint. abg. super centrum. d. et sit quilibet duorum arcuum. ab. ag. minor semicirculo et similiter quilibet arcus qui separatur in sequentibus existens minor semicirculo et protraham duas lineas. ad. gb. et producam eas donec concurrant supra. e. dico ergo quod proportio. ge. ad eb. est sicut proportio corde dupli arcus ag. ad cordam dupli arcus. ab. huius autem demonstratio prime similis est. protraham enim ad lineam. da. duas perpendiculares. a.b. et a.g. que sint. bz. gh. et quia ipse sunt equidistantes erit proportio. ge. ad. eb. sicut proportio. gh. ad. bz. et propter hec erit proportio ge. ad eb. sicut proportio corde dupli arcus. ga. ad cordam. dupli arcus. ab. et illud est quod voluimus demonstrare.

Sequitur nobis hec quoniam cum fuerit arcus. gb. solum notus et fuerit proportio corde dupli arcus. ag. ad cordam dupli arcus. ab. nota fietur arcus ab quod sic probatur. protraham namque in figura simili huic forme a puncto. d. perpendicularem ad cordam. bg. que sit. dz. angulus ergo. bdz. cuius basis est medietas arcus. bg. erit notus. Quare propter totus triangulus. bdz. ortogonius est notus et quia proportio. ge. ad eb. cum nota et corda. gb. est nota. sciemus ex hec. eb. et sciemus propter hec totam lineam. ebz. et quoniam. dz. est nota erit angulus edz. trianguli. edz. ortogonii. notus. et sciemus angulum. edb. residuum. ergo fiet arcus. ab. notus.

Et postquam premisimus hec antecedentia describam in superficie sperica arcus orbium maiorum qui sint arcus. ab. ag. et arcus. be. gd. sese secantes. supra. z. et sit quilibet arcuum minor semicirculo. hanc vero exceptionem commendabimus memorie in omnibus formis. Dico ergo

quod proportio corde dupli arcus. ge. ad cordam dupli arcus. ea. aggregatur ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus. gz. ad cordam dupli arcus. zd. et ex proportione corde dupli arcus. db. ad cordam dupli arcus. ba. quod sic probatur. ponam. h. centrum spere. et protraham a centro ad puncta. bze. ubi se secant circuli lineas. hb. hz. he. et protraham cordam. ad. et faciam eam penetrare et producam hb. que est medietas diametri. donec concurrant supra punctum. t. et protraham duas lineas. ga. gd. secantes duas lineas hz. he. supra duo puncta. k. l. fiunt ergo in linea una recta tria puncta que sunt. t. k. l. quoniam ipsa simul sunt in superficie trianguli. agd. et superficie circuli bze. hee ergo due superficies se secant in linea lkt. Cum ergo hec linea protrahetur due linee et. gd. sese secabunt inter duas lineas. ta. ga. et erit earum sectio supra. k. manifestum est ergo quod proportio. gl. ad al. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione. gk. ad kd. et ex proportione. dt. ad ta. proportio autem gl. ad. la. est sicut proportio corde dupli arcus. ge. ad cordam. dupli arcus. ea. sicut ostensum est in primo quatuor circulorum precedentium hanc figuram et proportio. gk. ad. kd. est sicut proportio corde dupli arcus. gz. ad cordam dupli arcus zd. et proportio dt. ad. ta. est sicut proportio corde dupli arcus. db. ad cordam dupli arcus ba. quemadmodum ostensum est in initio quatuor circulorum precedentium hanc figuram ergo proportio dupli arcus. ge. ad cordam dupli arcus. ea. aggregatur ex duabus proportionibus ex proportione dupli arcus db. ad cordam dupli arcus. ba. et proportione dupli arcus. gz. ad cordam dupli arcus. zd.

Et ex eo autem quod demonstratum est ex proportionibus linearum in forma superficiali precedente declaratur quod proportio corde dupli arcus. ga. ad cordam dupli arcus. ae. aggregatur ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus. gd. ad cordam dupli arcus. dz. et ex proportione corde dupli arcus. zb. ad cordam dupli arcus be. et illud est quod demonstrare voluimus. Capitulum .13.

De scientia quantitatum arcuum qui sunt inter orbem equatoris diei et orbem medii signorum qui sunt declinatio.

Et postquam premisimus hec capitulum ostendemus primum demonstrationes super hos arcus quemadmodum narratum et exemplificatum. describam ergo orbem quem tenuerunt duo poli simul polus orbis equationis diei a



.12. figura





.13. figura



Ex quo si corda est nota et arcus per tabulas arcuum et cordarum.

.I.

.aeg. et

/. e. quod sit punctum equationis diei uenie(n)s ... sit principius ... punctum.

/. 360. et nolumus partes cordarum nisi illas que sunt ex 120 partibus dyametri circuli.

ad cordam dupli arcus eb.

za. est 180. et corda eius 120. et dupli arcus.

dupli arcus za. que est 180.

Quia za est quarta circuli est 90. quarta circuli est 90. pars circuli 360. et duplum 90 est 180.

Quia si arcus est notus et corda eius erit nota per tablas arcuum et cordarum ... finis.

Quia he sit pars 30 gradus dupli erit 60. corda

Quia eb est quarta circuli gradus est 90. gradus dupli eius erit 180.

Quia si aliquis aggregetur ex duobus et ab eo subtrahatur unus remanet reliquum.

Quia zt sit 90 quia sit quarta circuli gradus dupli erit 180.

Quia si proportio aliquorum duorum est nota et unum eorum est notum reliquum erit notum.

Quia per tablas arcuum et cordarum ... si corda est nota et arcus.

Quia eh sit 60. et bis 60 faciunt 120.

Quia si ab aliquo aggregetur ex ... et ab alio subtrahatur unum remanet reliquum.

et polus medii orbis signorum et signabo super ipsum abgd. et describam in eo medietatem orbis equationis diei supra quam sint, medietatem orbis medii signorum supra quam sint bed. qui se secent supra punctum b. et tropicus estiualis punctum d. et ponam ut polus equationis diei sit punctum z. arcus abg. et ponam ut arcus eh. qui est orbis signorum sit triginta secundum quantitatem qua orbis maior est trecentum 60. et describam arcum zht. qui sit orbis magni investigabo scientiam arcus ht. et quia ab eo recitare sermonem omni hora dico. quod cum nos nominamus in hoc loco et in omni hunc similem qui est ex eis quos declaraturi sumus numeri partium arcuum aut partium cordarum nolumus intelligere per partes arcuum nisi illas que sunt ex partibus maioris circuli, sed quoniam in forma horum orbium maior inter duos arcus az. ae. sint duo arcus zt. eb. sese supra h. secantes. fit ut proportio corde dupli arcus zt. ad cordam dupli arcus th. sit ex proportione corde dupli arcus he. Iam autem scivimus quod duplum arcus ab. est secundum quod considerauimus et conuenimus supra ipsum secundum proportionem uniteam. ad. 47 quadraginta septem partes et 42 minuta et 40 secunda. et est eius corda 45. partes et 31 minutum 55 secunda et duplum arcus he. est 60 partes. et eius corda 60. partes et duplum arcus eb. est 180. partes et eius corda 120. partes cum ergo nos proiecerimus ex proportione 120. ad 45. partes et 31 minutum et 55 secunda proportionem 60. ad 120. remanebit proportio dupli arcus zt. ad cordam dupli arcus th. que est proportio 120. ad 24. partes et 15. minuta et 47 secunda / duplum uero arcus zt. est 180. et eius corda 120. linea ergo que subtenditur duplo arcui th. secundum illas partes est 24. partes et 15. minuta et 47. secunda et similiter erit duplum arcus th. 23. partes et 19. minuta et 59. secunda et erit arcus th. secundum illa partes minus. 11. partes et 40. minuta / ponam etiam ut arcus eh. sit. 60. partes et dimictam que sunt preter ipsum in forma secundum similitudinem suam fiet ergo duplum arcus eh. 120. partes / et eius corda 103. partes et 55. minuta et 23. secunda / Cum ergo nos proiecerimus ex proportione 120. ad 45. partes et 31. minutum et 55. secunda proportionem 103. partium et 55. minutorum et 23. secundorum ad 120. remanebit proportio corde dupli arcus zt.

/. ab. ad cordam dupli arcus az. aggregatur ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus.

ad cordam dupli arcus th. que est proportio 120. ad 42. partes et unum minutum et 45. secunda. Corda autem dupli arcus zt. est 120. Quapropter erit corda dupli arcus th. secundum illas partes erit 20. partes et 30. minuta et 9. secunda. Et illud est quod oportuit nos demonstrare et sic numerabimus partes arcuum et scienciemus numerum earum in tabulis coram tabula quarte que est 90. partes et scribemus coram unoquoque arcuum numerum parcium declinationis ipsius. tabularum autem descriptio erit sicut ego describam post hunc modum sermonem.

quia zt cum sit quarta circuli est 90 gradus dupli erit 180. cuius corda 180 partium quarum semidiameter circuli est nota ut quia est 120 partes.

42 partes et minutum unum et 45 secunda gradus dupli arcus th. erit 41 pars et similiter et 19 secunda et arcus th. secundum illas partes

Tabule quantitatum arcuum qui sunt inter orbem equinoctialis diei et orbem medii signorum qui sunt declinatio.

Tabula partes orbis medii signorum		sciencie Gradus declinationis que est ex partibus orbis meridiei				parcium partes orbis medii signorum		declinationis Gradus declinationis que est parcium orbis meridiei		
Numeri communes		partes	minuta	secunda		Numeri communes		partes	minuta	secunda
partes	partes					partes	partes			
359	1	0	24	16		314	46	16	54	48
358	2	0	48	31		313	47	17	12	16
357	3	1	12	46		312	48	17	29	27
356	4	1	37	0		311	49	17	46	19
355	5	2	1	12		310	50	18	2	53
354	6	2	25	24		309	51	18	19	7
353	7	2	49	30		308	52	18	35	3
352	8	3	13	35		307	53	18	50	39
351	9	3	37	37		306	54	19	5	54
350	10	4	1	38		305	55	19	20	50
349	11	4	25	32		304	56	19	35	25
348	12	4	49	24		303	57	19	49	38
347	13	5	13	11		302	58	20	3	31
346	14	5	36	53		301	59	20	17	1
345	15	6	0	30		300	60	20	30	9
344	16	6	24	1		299	61	20	42	55
343	17	6	47	26		298	62	20	55	18
342	18	7	10	44		297	63	21	7	19
341	19	7	33	57		296	64	21	18	56
340	20	7	57	3		295	65	21	30	9
339	21	8	20	0		294	66	21	40	58
338	22	8	42	50		293	67	21	51	23
337	23	9	5	32		292	68	22	1	24
336	24	9	28	5		291	69	22	11	0
335	25	9	50	29		290	70	22	20	11
334	26	10	12	43		289	71	22	28	56
333	27	10	34	48		288	72	22	37	17
332	28	10	56	43		287	73	22	45	11
331	29	11	18	27		286	74	22	52	40
330	30	11	39	59		285	75	22	59	42
329	31	12	1	21		284	76	23	6	18
328	32	12	22	31		283	77	23	12	28
327	33	12	43	29		282	78	23	18	11
326	34	13	4	16		281	79	23	23	27
325	35	13	24	48		280	80	23	28	16
324	36	13	45	7		279	81	23	32	38
323	37	14	5	13		278	82	23	36	33
322	38	14	25	4		277	83	23	40	1
321	39	14	44	42		276	84	23	43	0
320	40	15	4	5		275	85	23	45	33
319	41	15	23	12		274	86	23	47	38
318	42	15	42	4		273	87	23	49	15
317	43	16	0	40		272	88	23	50	25
316	44	16	18	59		271	89	23	51	6
315	45	16	37	2		270	90	23	51	20

Ca. 19. de scientia quantitatum arcuum equatoris diei qui elevantur in spera recta cum arcubus orbis signorum datis.

Et post hec demonstrabo numerum quantitatum arcuum equationis diei quos separant orbes descripti supra duos polos equationis diei et super partes datas orbis signorum, et per hec scies in quanto tempore temporum horarum equalium pertranseunt partes date orbis signorum orbem meridiei in omni loco et pertranseunt orizonta spere recte, et quoniam apud illum tunc est orizon descriptus super duos polos equationis diei. Ergo describam formam cuius declaratio precessit, et ponam primum arcum .eh. orbis signorum .30. partes et per scientiam loci inventionem arcus .et. orbis equationis diei. Secundum ergo quod premisimus, proportio corde dupli arcus .zb. ad cordam dupli arcus .eh. est ex proportione dupli arcus .te. ad cordam dupli arcus .ea. Duplum vero arcus .ba. est .47. partes et 42. minuta et 40. secunda et eius corda .48. zb. est 132. partes et 17. minuta 2.20. secunda et corda eius est .109. partes et 49. minuta et 43. secunda. Et duplum arcus ba. est .47. partes et 42. minuta et 40. secunda et eius corda .48. partes et 31. minutum et 44. secunda. Duplum arcus .zh. est .116. partes et 40. minuta et duo secunda et eius corda est .117. partes et 31. minutum et 14. secunda. Et duplum arcus .ht. est .23. partes et 19 minuta et 40. secunda et corda eius .24. partes et 14. minuta et 47. secunda. Cum ergo nos proiecerimus ex proportione 109. partium et 49. minutorum 43 secundorum ad 48. partes 31. minutum 44. secunda proportionem .117. partium 31. minuti et 14. secundorum ad 24. partes 14. minuta 47. secunda, remanebit proportio corde dupli arcus .te. ad cordam dupli arcus ea. et ipsa est proportio 49. partium et 42. minutorum et 26. secundorum ad 117. partes et 31. minutum 14. secunda et est etiam proportio 46. partium et minuti unius et 43. secundorum ad 120. Duplum vero arcus .ea. est .180. et eius corda est .120. Ergo corda dupli arcus .te. secundum has partes est 46. partes et minutum unum et 43 secunda, quare erit duplum arcus .te. inventum .44. partes et 40. minuta, inventus et .te. secundum illas partes erit .27. partes .et 50. minuta. Et ponam arcum .eh. 60. partes et dimictam reliqua que sunt in forma secundum suam habitudinem. Erit ergo duplum arcus .ht. .81. pars et fere et 18. secunda et eius corda .82. partes et minutum et 48 secunda. Ergo cum nos proiecerimus ex proportione 109. partium et 49. minutorum 43 secundorum ad 48. partes et 31. minutum et 44. secunda proportionem .112. partium et 23. minutorum et 46. secundorum ad 82. partes et minutum et 18. secunda, remanebit proportio corde dupli arcus .te. ad cordam dupli arcus .ea. que est .94. partium et duorum minutorum et 1. secundi ad 112 partes 23. minuta et 46. secunda que est sicut proportio .101. partis .28. minutorum et 20. secundorum ad .120. partes corda autem dupli arcus ea. est 120. Quare erit corda dupli arcus .te. secundum illas partes .101. pars et 28. minuta et 20. secunda et arcus .te. secundum illas partes .57. partes et 40. minuta. Iam ergo declaratum est quod prime .12. partium orbis signorum tempus elevationis equatur 27 partibus et 50. minutis partium orbis equationis diei secundum hunc modum et secunde .12. partium orbis signorum equatur tempus elevationis .29. partium et 50. minutorum partium equationis diei. Iam enim ostensum est quod ipse simul sunt .57 partes et 40. minuta. Et manifestum est quod tertie duodecim partium orbis signorum equatur tempus elevationis tempori elevationis 29. partium. Residuum quarte elevationis orbis equationis diei quod est .32. partes et 20. minuta. Patet quod tempus elevationum cuiusque quarte orbis declivis equatur tempori elevationum cuiusque orbis equationis diei cum fuerit elevatio orbium descriptorum supra duos polos orbis equationis diei. Secundum hunc vero modum et hanc declarationem sciemus numerum partium arcuum orbis equationis diei que elevantur cum omnibus decem partibus orbis declivis, eo quod arcus qui sunt minus decem partibus non multum diversificantur ab arcubus qui supersunt equalibus augmentis, et affirmabo portionem partium orbis equationis diei debitam omnibus decem partibus orbis declivis, et lineam orbis meridiei in omni loco et pertransire orizontem spere recte, et incipiam cum decem primis a puncto equationis diei. Ergo que debetur decem primis orbis signorum portio orbis equationis diei est nonem tempora et 10. minuta, et secundarum decem portio est .9. tempora et 14. minuta, et portio decem tertiarum est .9. tempora et 24. minuta. Cum ergo aggregantur portiones decenarum prime .12 partium sunt .27. tempora et 50. minuta. Portio vero decene quarte est .9 tempora et 40. minuta et portio decene quinte est 9 tempora et 48 mi



nuta. et decene sexte est 10. tempora et 16. minuta. Cum ergo agregantur portiones decenarum partis sede orbis declinis sunt 29. tempora et 49. minuta. portio autem decene septime est 10. tempora et 32. minuta. Et portio decene octaue est 10. tempora et 47. minuta. et portio decene noue est 10. tempora et 44. minuta. Quapropter cum agregantur porciones decenarum decene duodecim partium quarum finis est punctum tropici. sunt 32 tempora et sedecim minuta. Et conuenit ut sit portio 90. que est totius quarte 90 tempora. Et propter hoc manifestum est quod relique quarte similiter sunt. Vnaquaque enim quartam comitatur quod comitatur aliam ipsius orbis equationis diei erigitur super orizontem in hominum habitancium speram rectam absque declinatione. Expleta est dictio prima.

Dictio secunda libri almagesti ptholomei phelutensis cuius capitula sunt 13.

Capitulum primum de sciencia locorum habitabilium terre. Capitulum secundum qualiter sciantur quantitates arcuum circuli orizontis qui sunt inter orbem equationis diei et orbem declinis propter quantitatem diei longioris dati. Capitulum tercium qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus cum ponuntur et per quantitatem diei longioris cum fuerit datus et e contrario. Capitulum quartum qualiter sciatur quas terras inhabitent illi supra summitatem capitum quorum sol transit et quando. Capitulum quintum qualiter sciantur proportiones instrumentorum ad umbras suas in equalitate diei et in duobus tropicis in medietatibus diei per quantitatem que prediximus cum fuerint data. Capitulum sextum de modo proprietatum linearum equidistancium orbi equationis diei. Capitulum septimum de sciencia eius quod eleuatur de orbe equationis diei cum eo quod eleuatur de orbe signorum in locis sphere declinis. Capitulum octauum de modo situs tabularum eius quod eleuatur de orbe equationis diei cum omnibus decem partibus orbis signorum in locis orbium equidistancium. Capitulum nonum de diuisione eius quod consequitur scienciam eleuationum et distinctionem earum. Capitulum decimum de sciencia angulorum prouenientium inter orbem declinem et unumquemque circulum orizontis. Capitulum duodecimum de sciencia angulorum prouenientium inter orbem declinem et orbem descriptum supra duos polos orizontis. Capitulum xiii de situ tabularum arcuum et angulorum quos narrauimus in orbibus equidistantibus.

Capitulum primum de locis habitabilibus terre.

Et postquam narrauimus in dictione prima almagesti de forma totius dispositionis eorum que sunt in ea sicut principia et antecedentia rerum quibus indigetur et que estimauimus utilia in hac sciencia de eis que accidunt in orbe recto. studebimus ut ostendamus in sequentibus plurimum eorum que accidunt in orbe declini prout ferius possibile est ubique. Summa ergo eius quod premittendum est est quod terra diuiditur in quatuor quartas quas separat orbis equationis diei et unus orbium descriptorum super polos eius et quod una duarum quartarum septemptrionalium continet fere totam terram habitabilem quam scimus. Illud autem duobus modis declaratur quorum unus est per latitudinem que est spacium quod est a meridie ad septemtrionem quoniam umbre instrumentorum quibus fit obseruatio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septemptrionem neque umquam declinabit ad meridiem. Alter uero per longitudinem que est spacium quod est ab oriente ad occidentem quoniam eclipses et principue lunares que sunt in hora una uident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus et in extremitate occidentis eius non antecedentes neque subsequentes plus 12. horis equalibus. Totum uero spacium quarte in longitudine est 12. horarum. quoniam una duarum medietatum orbis equationis diei terminat ipsam. Diuisiones autem quas oportet nos scire et quas estimamus conuenientes ei quod est necessarium in hoc libro sunt sciencia eius quod accidit in locis habitabilibus qui sunt sub unoquoque orbium equidistancium orbi equationis diei et hec est quanta sit longitudo duorum polorum spere ab orizonte aut quanta sit longitudo puncti quod est supra summitatem capitum in orbe meridiei ab orbe equationis diei in quibus locis currat sol supra summitatem capitum in orbe meridiei. Et cum temporibus sit illud et que sit proportio instrumentorum ad umbras suas per que considerantur equalitatem diei et in duobus tropicis in medietatibus diei et quantum addat dies longior et minuat dies breuior de die equali et post



.D.

hec que sint angulita i diminutiones que accidunt nocti i diei/ i quo sit diuisitas circuli qua eleuantur equator diei i orbis declivus i circuli qua occultantur circulo/ i que sint proprietates angulorum prouenientium i magnitudines eorum qui proueniunt ex sectione orbium maiorum i omnia que ex eis contingunt que in eis accidunt. Ca. 2. qualiter sciatur quantitas arcuum circuli orizontis q̄ sunt inter orbem equatoris diei et ortum cuiuslibet gradus orbis declivus propter diem longiorem datum.

Huius itaque exemplum ponam lineam que est supra rotundum equidistantem orbi equationis diei ubi est altitudo poli .36. partes et in quo dies longior .14. horas i medietatem hore de horis equalibus habet i describam ad hoc orbem meridiei supra quem sint .ab gd. i describam in eo medietatem circuli orizontis orientalis supra quam sint .bed. i medietatem orbis equationis diei supra quam sint .aec. i signabo supra polum meridianum .z. i supra ortum tropici estiualis orbis signorum h. i describam supra duo puncta .zh. arcum .zht. i ponam longitudinem diei longioris i inquiram inuentionem arcus .eh. circuli orizontis/ i quia reuolutio spere non est nisi super duos polos equationis diei/ Tunc manifestum est quod duo puncta .h. et t. cadunt simul in tempore uno super arcum .ab. orbis meridiei propter motum spere. Tempus autem puncti .h. quod est ab oriente ad medium celi quod est supra terram est quantitas arcus .ta. orbis equationis diei/ i tempus quod est a medio celi sub terra ad orientem est quantitas arcus .ge. i sequitur hec ut sit tempus noctis existat quantitas dupli arcus .gt. Sectiones enim orbium equidistantium orbi equationis diei separate sunt supra terram i sub terra eo quod orbis meridiei secat eos omnes in duo media i duo media. Quia propter erit arcus .et. qui est medietas superfluum quod est inter longiorem diem i breviorem i inter equalitatem horarum i quantitatem hore in loco huius lineae illud est 18. tempora i 44. minuta. arcus autem residuus ad complendam quartam qui est .ta. erit .71. tempus i 14. minuta/ Secundum ergo quod iam precessit ex declaratione iam secant se inter duos arcus orbium maiorum qui sunt ac. az. duo arcus .ehb. i zht. supra .h. ergo proportio corde dupli arcus .ta. ad cordam dupli arcus .ac. agregatur ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus .tz. ad cordam dupli arcus zh. et ex proportione dupli arcus .hb. ad cordam dupli arcus .be. duplum autem arcus .ta. est 142. partes i 30. minuta i eius corda est .113. partes i 37. minuta i 49. secunda. i duplum arcus ac. est .180. i eius corda 120. duplum quoque arcus .tz. est .180. partes i eius corda 120. partes i duplum arcus .zh. est .132. partes i 17. minuta i 20. secunda i eius corda .109. partes i 49. minuta i 43. secunda/ cum ergo proiecerimus ex proportione 113 partium i 37. minutorum i 49. secundorum ad 120. proportionem 120. ad 109. partes i 49. minuta i 43. secunda. remanebit proportio dupli arcus .hb. ad cordam dupli arcus bc. que est proportio. 103. partium i 44. minutorum i 26. secundorum ad 120. corda uero dupli arcus .be. cum ipsa est quanta est .120. ergo corda dupli arcus .hb. secundum illas partes est 103 partes i 44. minuta i 26. secunda. Quia propter erit duplum arcus bh. fere .120. partes i arcus .bh. solum secundum illas partes 60. partes. Remanet ergo arcus eh. secundum illas partes .30. partes secundum quantitatem qua circulus orizon est .360. partes i hoc est quod oportuit nos demonstrare.

Ca. 3. qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus. cum ponitur arcus propter quantitatem diei longioris et cetera.

Sit illud ergo datum. i inuestigemus inuentionem altitudinis poli que sit arcus bz. orbis meridiei. erit ergo in hac forma proportio corde dupli arcus .et. ad cordam dupli arcus .ta. agregata ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus eh. ad cordam dupli arcus .hb. i ex proportione corde dupli arcus bz. ad cordam dupli arcus .za. duplum uero arcus et. est .37. partes i 30. minuta. i eius corda est .38. partes i 39. minuta i 49. secunda. duplum quoque arcus .eh. est .60. partes. i corda eius .60. partes. i duplum arcus .hb. est 120. partes i eius corda .103. partes i 44. minuta i 23. secunda. Cum ergo proiecerimus ex proportione .38. partium i 39. minutorum i 22. secundorum. ad .113. partes i 37. minuta i 49. secunda proportionem .60. partium ad 103. partes i 44. minuta i 23. secunda. remanebit proportio corde dupli arcus .bz. ad cordam dupli arcus za. est 120. partes ergo corda dupli arcus bz. secundum illam quantitatem est .70. partes.

q est proportio .70. partium i 33. minutorum ad .120. partes inuenimus. Corda quoque dupli arcus .za.

.2. figa.



h figura non differt a prima in picture sed in litteris.

Quia si portio aliqua duarum est nota i unum eorum est notum. reliquum erit notum.

Quia si aliqua aggregatur ex duobus et ab eo subtrahatur unum remanet reliquum.

233. minuta. Quia ergo erit duplum arcus bz. 72. partes et minuta, et arcus bz. solum secundum illam quantitatem. 36. partes inuenimus / secundum hoc quod in eius descriptionem in hac forma ponam arcum bz. qui est altitudo poli datum 36. partes. Inquiram inuencionem superflui quod est inter quantitatem diei longioris et breuioris et inter equalitatem. et illud est duplum arcus. et. / Quia ergo erit proportio corde dupli arcus. bz. ad cordam dupli arcus. ba. agregata ex duarum proportionibus ex proportione dupli arcus. zh. ad cordam dupli arcus. ht. et ex proportione corde dupli arcus. te. ad cordam dupli arcus. ea. duplum autem arcus zb. est 72. partes et corda eius 70. partes 732. minuta et tria secunda et duplum arcus ba. est 108. partes, et eius corda. 97. partes. 18. minuta. 744. secunda / duplum quarti arcus zh. est. 132. partes. 717 minuta 720. secunda. et corda eius est. 109. partes 749. minuta 743. secunda. et duplum arcus ht. est. 47. partes. 792. minuta 790. secunda. et eius corda est. 89. partes 731 minuta. 744. / secunda / Cum ergo proiecerimus ex proportione. 70. partium ~~742. minutorum 7[...] secunda~~ ~~ad 89. partes 731. minuta 744. secunda~~ et 32. minutorum et tum secundorum ad 97 partes. 18 minuta 744. secunda. proportione 109 partium. 749. minutorum 743. secunda ad 89 partes 731. minuta 744. secunda. remanebit proportio corde dupli arcus. et. ad cordam dupli arcus. ea. que est proportio. 31. partis. 711. minutorum 723. secundorum ad 97 partes 18 minuta 744. secunda. hec namque est propinqua proportioni. 38. partium 749. minutorum ad. 120. Corda autem dupli arcus. ea. est. 120. Erit ergo corda dupli arcus. et. secundum illas quantitates. 38. partes. 739. minuta. Quia ergo duplum arcus et. erit. 37. partes. 730. minuta in uitius, et ipse sunt due hore et medietas hore temporis equalibus / Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoque faciemus arcum. eh. orizontis eo quod proportio dupli arcus. za. ad cordam dupli arcus. ab. datam. agregatur ex duabus proportionibus ex proportione corde dupli arcus. ze. ad cordam dupli arcus. eh. que est data, et ex proportione corde dupli arcus. eh. ad cordam dupli arcus. eb. arcus uero eb. est datus remanet itaque quantitas arcus eh. data. Manifestum est ergo quod licet illud cum inuenitur sciatur non sit punctum tropici hyemalis quod est h. sed quicumque sit de partibus arcuum signorum sibi et faciuntur duo arcus et. eh. eo quod nos iam premisimus tabulam declinationis cuiusque partium orbis signorum ab orbe equationis diei inter medium diei et illud est relatum. ht. et arcubus. Sequitur autem illud ut orbes equidistantes orbi equationis diei. qui secant partes orbis signorum equalis longitudinis a puncto cum libet duorum tropicorum secent et ex horizonte arcus equales in quibus et duarum partium fuerant orbi ~~equationis~~ equationis diei / et fiant quantitates noctis et diei equales / omnis s. quantitas sibi opposita / et declaratur cum hoc ut orbes equidistantes orbi equationis diei equalis longitudinis ab utroque duorum punctorum equinoctium diem secent ex orizonte arcus equales ab utrisque lateribus orbis equationis diei et sint quantitates noctis et diei in illis alternatim. Et hoc est quod si nos signauerimus in hac forma punctum h. supra quod secet orbis equidistans orbi equationis diei equalis descripto supra h. medietatem circuli orizontis supra quam est bed. et compleuerimus duos arcus. bl. ko. qui sunt due portiones duorum orbium equidistantium ergo quos manifestum est esse equales et descenderimus supra. l. et supra polum septentrionalem qui sit punctum. n. quartam orbis supra quam sunt. nls. erunt duo arcus. at. sg. equales et ipsi sunt similes duobus arcubus. lh. ok. quisque uidelicet suo relato. et remanebit arcus. et. equalis arcui. es. Et secundo erunt duorum triangulorum. eht. ehs. duo latera unius equalia duobus lateribus alterius uidelicet. et equale es. et ht. equale. hs. et angulus. t. equalis angulo. s. Quia ergo erit basis. eh. equalis basi. he. Et illud est quod oportuit nos declarare. **Capitulum 8. quod sciatur regiones et loca in quibus sol transit super sumitatem capitum habitancium ibi. et quando et quotiens erit illud.**

Manifestum quoque est quod sol numquam currit supra sumitatem capitum habitancium in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equationis diei que plus elongantur ab orbe equationis diei quod sit longitudo puncti tropici estiualis que est uiginti tres partes 741. minuta 720. secunda. Supra capitum uero sumitatem habitancium loca que sunt sub linea equidistante orbi equationis diei cuius longitudo ab equatione diei est partes iste currit sol semel in anno cum est in puncto tropici estiualis. Sed supra sumitatem capitum in habitancium loca que sunt sub lineis equidistantibus equationem diei.

Quia si ab equalibus equalia remas. etc.



quorum longitudo ab ea minor est huius partibus
sol bis in anno currit. Quod uero illud erit
quo leuius inuenitur a nobis est ut inter
mus numerum partium longitudinis linee ab
equatione diei equidistantis ei in linea
secundum tabule declinationis et consideremus
quod est coram ea consequenter in linea parte
termino partium quarte. Cum ergo solis longi
tudo ab unoquoque duorum punctorum equa
tium diem ad partem tropici estiualis fuerit
equalis illis partibus in longitudine tunc
sol curret supra summitatem capitum eorum
qui sunt sub illa linea. Ca. 4. Qualiter sciatur pro
portiones istorum ad umbras suas in equali die et
in duobus tropicis in medietatibus diei per quantitatem que
predixim(us) cum fuerit data.

Radius quo sciuntur proportiones umbre
ad instrumenta postquam iam sciuimus quan
titatem arcus qui est inter duos tropicos
et arcus qui est inter orizontem et inter
duos polos est quemadmodum narraui. Describe
bam orbem meridiei supra quem sint abgd
supra centrum e. et ponam punctum quod est
supra summitatem capitum a. et protraham
diametrum aeg. et producam ag. in super
ficie orbis meridiei lineam ortogonalem
supra quam sint gkzn. Manifestum est
ergo quod hec linea equidistat linee que tran
sit super duo puncta supra que se secant
orbis meridiei et circulus orizontis. et quoniam qua
ntitas totius terre apud quantitatem orbis
solis est sicut punctum et centrum secundum sen
sum ponam centrum est capud instrumenti
et imaginabor instrumentum lineam ge. Sit
que linea gkzn. Supra quam cadit extre
mitas umbre in medietatibus diei et sit
radius solis in die longiori et in die bre
uiori et in die equali transiens supra
punctum e. Et sit radius solis in die
equali linea bedz. et radius eius in die
longiori linea hetk. et radius eius in
die breuiori linea lemn. Sitque linea gk.
umbra diei longioris. Et gz. umbra di
ei equalis et linea gn. umbra diei breuio
ris et quia arcus gd. equatur altitudini
poli septemptrionalis ab orizonte in hoc
climate que est 36. partes secundum quan
titatem qua circulus est 360. partes.
et unusquisque duorum arcuum td. dm.
est secundum illam quantitatem 23. partes et 41.
minutum et 20. secunda. ergo manifestum est quod ar
cus gt. residuus est 12. partes. et 18. mi
nuta et 40. secunda. Sed totus arcus gm. secundum
illam quantitatem est 49. partes et 41. et
minutum et 20. secunda. ~~ergo manifestum~~
Quia propter erunt anguli qui sunt sub eis
secundum quantitatem qua .4. anguli recti sunt
360. partes. ita .s. erit angulus .keg. 12.
partes. et 18. minuta et 40. ~~minuta~~ secunda
secundum quantitatem uero qua duo anguli
recti sunt .360. partes. erit angulus
keg. 24. partes. et 37. minuta et 20. secunda
et angulus zeg. secundum illam quantitatem
72. partes et angulus neg. 119. partes
et 22. minuta et 40. secunda ~~minuta~~ arcus
ergo qui sunt portiones circuli descripti
super tres triangulos supra quos sunt
keg. zeg. neg. ortogonios erunt sic
videlicet erit arcus qui est supra lineam gk.
24. partes. et 37. minuta et 20. secunda et ille
qui est supra lineam ge. qui est id quod
minuitur ex semicirculo erit secundum illam
quantitatem 155. partes et 22. minuta
et 40. secunda. et ille qui est supra lineam gz.
erit 72. partes. et ille qui est supra ge .s.
qui est id quod minus est ex semicirculo et
108. partes et 17. minuta et 20. secunda. secundum quan
titatem ergo qua ke. erit 24. partes.
et 19. minuta et 23. secunda. erit ge 107.
partes et 18. minuta et 46. secunda et secundum illam
quantitatem qua erit gn. 103. partes
et 26. minuta et 16. secunda. erit ge. 60.
partes. erit umbra gk. estiualis 12 par
tes et 44. minuta et umbra gz. que est
diei equalis. 43. partes et 36. minuta
et erit umbra gn. hyemalis 103 partes
et 20. minuta propinquius. quapropter secundum
conuersionem declarabitur nobis quod cum
due trium proportionum instrumenti ge.
ad umbras suas fuerint scite quecumque
due fuerint. scietur propter illud altitudo
poli et quod est inter duos tropicos. Cum autem
sciti fuerint duo ~~trium~~ angulorum
quicumque duo fuerint. scietur reliquus
angulus. propter hoc quod duo arcus td. dm.
sunt equales. Uerum acceptio inuentio
nis uere secundum consideraitionem ad sciendum
duos arcus in qua non est dubitatio.
est secundum modum quem premisimus. Scire
autem illos propter portiones instrumentorum
ad umbras suas non est ita eo quod tempus umbre
equalitatis in se non est diffinita
et extremitates capitum umbrarum
hyemalium inea difficulter comprehen
duntur ~



ī .1.2. ca. p̄ dicimus ubi p̄ iste motū docuit inuenire arcū q̄ ē īt duos tropicos et arcū latitudinis regionis q̄ est equalis arcui altitudinis poli ab orizonte.

Ca. 6. de modo proprietatum linearum orbium equidistancium equatori diei.

Ad huius autem similitudinem iure lineis equidistantibus equatori diei accipiam summam proprietatum earum et porcionem superfluum declinationis aliarum ab aliis quarta hore que sit horarum equalium. In hec namque existit sufficiencia et narrabo summam eorum que in eis contingunt ante divisionem illius et particionem. Et incipiam loqui de equidistanti que est sub equatione diei que determinat plagam meridiei tocius quarte habitabilis terre. hec autem sola tamen facit diem et noctem in omnibus diebus anni equales semper quoniam in ea tamen secat circulus orizontis omnes orbes equidistantes equationi diei in duo media et duo media. et sunt omnes porciones eorum que sunt super terram similes et equales porcionibus eorum que sunt sub terra quod equidem est quod non contingit in aliquo orbium maiorum declinatorum ab equatione diei orbe vero equationis diei qui est ex magnis orbibus circulus orizon solum secat in duo media in omni loco. Et ideo equantur dies et nox in eo et sunt equales secundum sensum atque terrarum quoniam circulus orizon est et ex magnis circulis et unum quemque autem orbium ei equidistantium ab eo declinatorum quoniam preter ipsum in parte habitabili et in parte meridiei orizon secat in duas porciones diversas et erunt porciones que sunt super terram eorum qui sunt in parte meridiei ab eo minores eis que sunt sub terra et erit dies brevioris temporis nocte. Sed quecumque porcionum sunt ex eis que sunt in parte septemptrionis ab eo erunt secundum conversionem huius. Erunt scilicet porciones que sunt super terram maiores eis que sunt sub terra et erit dies longioris temporis nocte. Et umbra huius linee equidistantis in spera terre equationi diei declinat ad ambas partes. quoniam et transitus solis erit supra summitatem capitum eorum qui sunt sub ea duabus vicibus in partibus equationis diei et in partibus orbis declivis. et tunc tamen erunt instrumenta in medietatibus diei non habencia umbram. quando vero fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septemptrionali erit declinatio umbre instrumentorum ad partem meridiei et cum fuerit cursus solis in medietate orbis signorum meridiana erit declinatio umbre instrumentorum ad partem septemptrionis et erit quantitas umbre estivalis et yemalis in [illegible] secundum quantitatem que erit longitudo in-strumentorum .60. partes .26. partes et medietas partis propinquius. Totum autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quantitate umbre non erit nisi umbra meridiei et nos non forte possumus accipere possumus veritatem meridiei neque in duobus punctis equalitatis neque in duobus punctis duorum tropicorum. Sed tamen cum nos accepimus umbram in his temporibus. apud horam meridiei erit propinquius veritati neque variabitur in aliquo cuius quantitas sit sensibilis et erit cursus stellarum que sunt supra hanc lineam super summitatem capitum eorum qui habitant sub ea. Et declare manifestum est quod stelle celi omnes oriuntur et occidunt quoniam duo poli spere in veritate circuli orizontis non describunt orbem equidistantem equationi diei semper apparentem neque semper occultum secantem orbem meridiei. Quidam autem dicunt quod possibile est ut sit illud quod est sub hac linea equidistante extra habitabile. ideo quod eius complexio est valde bona. eo quod solis non prolongatur ab umbratio supra puncta summitatis capitum propter velocitatem sue declinationis in latitudine ab equatione diei et propter hoc sunt estas et hyemis bone complexionis propter brevitatem longitudinis solis a summitate capitum in utrisque tropicis. hoc autem quod diximus est secundum estimationem et putationem utrum vero illud quod est sub hac linea habitetur. nos huius scientiam non comprehendimus quoniam aliquis non pervenit ad eam de hiis qui sunt in nostris regionibus habitabilibus usque ad diem nostrum huius. Proprietates autem que sunt sub hac linea equidistante equationi diei absolute dico quod sunt hee quas narravimus. Reliquarum vero equidistancium equationi diei in quibus possibile est scire quomodo sint regiones et loca que sub eis habitantur narrabo summam proprietatis cuiusque ne decurramus sermones in omni hora. Stelle que super summitatem capitum in unaquaque linea earum sunt que secant decliviter descripto secundum duos polos equationis diei arcum inter stellas et orbem equationis diei equalem spacio quod est inter lineam et orbem equationis diei. Et quia circulus semper apparens est cuius centrum est polus equationis diei septemtrionalis descriptus secundum longitudinem altitudinis poli ab orizonte. erunt stelle quas iste continet circulus semper apparentes. Stelle autem semper occulte sunt que sunt in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus descripto secundum longi-

q[uia] libra i[n] medio dic[itur] cir[illegible] ad u[tr]a[m]q[ue] p[ar]tes [illegible] est [illegible] equatio[n]e usq[ue] ad lineas [illegible]

de habitatione sub equatore

tudinem depressionis poli ab orizonte. Linea
vero equidistantis 4a. est cuius longioris diei
longitudo est 12 hore et quarta hore que sunt
de horis equalibus et eius spacium ab equatione
diei est 9. partes et quarta partis descripta super
insulam berbericus que est ex lineis inquibus
declinat umbra meridiei ad duo latera quando
sol obumbrat supra sumitatem capitum eorum
qui sunt sub ea bis in anno. Gnomones non
non habebunt umbram in medietatibus diei
cum fuerit spacium solis a tropico estivali ad quamlibet
duarum partium 79. partes et medietas partis. Cum ergo fuerit transitus solis et est in hiis
149. partibus erit declinatio umbre gnominum
ad partem meridiei in medietatibus diei. Et cum
fuerit transitus solis et est in ducentis et una parte residuis erit declinatio umbre gnominum
ad partem septemtrionis in medietatibus
diei, et erit in hoc loco umbra equalitatis 9. partes et tertia partis et tertia quarte partis. Secundum quantitatem qua erunt gnomines 60. partes, et erit umbra estivalis 20. et una pars
et tertia partis et umbra yemalis 32. partes.
Linea autem equidistans tertia est in qua est
longitudo diei longioris 12. hore et medietas hore et elongatio eius ab equatione diei
est 8. partes et 24 minuta. descripta supra
caligoz filis olitus. Ipsa quoque est ex lineis inquibus declinat umbra meridiei ad duo latera
et obumbrat sol supra sumitatem capitum eorum
bis in anno. et neque gnomines habebunt umbram
in medietatibus diei cum fuerit spacium solis
a tropico estivali ad utrasque partes 69. partes.
Qua propter cum fuerit transitus solis et est in his
centum et triginta octo partibus erit declinatio umbre gnominum ad partem meridianam
in medietatibus diei, et cum fuerit eius transitus
ipse in ducentis et viginti duabus partibus
residuis erit declinatio umbre ad partem septemtrionis et erit in hoc loco umbra equalitatis 8. partes et medietas et tertia partis et umbra
estatis 16. partes et medietas et tertia partis
et umbra hyemis 37 et medietas et tertia quarte
partis. Secundum quantitatem qua erunt gnomones 60. partes. Et linea equidistans
quarta est in qua est longitudo diei longioris
12 hore et medietas et quarta hore et eius elongatio ab equatione diei 12. partes et medietas partis descripta supra chalinz filis
olitus et ipsa est de ex lineis in quibus declinat umbra meridiei ad utraque latera.
et obumbrat sol supra sumitatem capitum

eorum qui sunt sub ea bis in anno et neque gnomines in medietatibus diei
habebunt umbram cum fuerit elongatio solis a tropico estivali ad utrasque
partes 47. partes et due tertie partis.
Qua propter cum fuerit transitus solis et
ipse in his centum et 34. partibus et tertia partis erit declinatio umbre et
gnominum ad partem meridiei et cum
fuerit transitus solis et ipse in 229. partibus et duabus terciis partis residuis erit declinatio umbre gnomonum
ad partem septemtrionis et erit umbra
equalitatis 13. partes et tertia partis et
umbra estatis 12. partes et umbra hyemalis 99. partes et due tertie partis secundum quantitatem qua est instrumentum 60. partes.
Et linea equidistans quinta est in qua
longitudo diei longioris est 13. hore et eius
elongatio ab equatione diei 16. partes
et 27 minuta. descripta supra insulam
maiorem. Que et est ex lineis in quibus
declinat umbra meridiei ad utraque latera et obumbrat sol supra sumitatem capitum eorum qui sunt in ea bis in anno.
et neque gnomones in medietatibus diei
habent umbram cum fuerit elongatio solis
a tropico estivo ad duas partes 94. partes.
Qua propter cum fuerit transitus solis in his
90. partibus erit declinatio umbre gnominum ad partem meridiei et cum fuerit
transitus solis ipsius in 270. partibus residuis erit declinatio umbre ad partem
septemtrionis et erit umbra equalitatis
17. partes et medietas et quarta partis et umbra estiva 7 partes et medietas et quarta
partis et umbra hyemalis 41. pars secundum quantitatem qua gnomones sunt 60. partes.
Linea vero equidistans sexta est in qua
est longitudo diei longioris 13. hore et
quarta hore et eius elongatio ab equatione
diei est 20. partes 14. minuta descripta
supra tebatim. Que et est ex lineis in quibus
umbra meridiei declinat ad utraque latera et sol obumbrat supra sumitatem capitum eorum qui sunt sub ea bis in anno. et neque gnomones in medietatibus
diei habebunt umbram cum fuerit
elongatio solis a tropico estivo ad utraque
latera 31. pars. Qua propter cum fuerit
transitus solis et ipse in his 62. partibus
erit declinatio umbre gnominum ad partem

vel bebenis

i. fluvius magnus ad modum lacus

principium primi climatis

secundum

medium primi climatis

finis secundi et initium tertii

.z.

meridiei et cum fuerit transitus solis super . 298. partibus residuis erit declinatio umbre gnomonum ad partem septemptrionis et erit umbra equalitatis .22. partes . et .30. minuta et umbra estiua tres partes et medietas partis et quarta partis et umbra hyemalis .46. partes et due tertie partis secundum quantitatem qua erunt gnomones .60. partes ¶ Et linea equidistans septima est in qua est longitudo diei longioris .13. hore et medietas hore et eius elongatio ab equatione diei .23. partes et 41. minuta et .20. secunda descripta supra sauinis et ipsa est prima linearum equidistantium in quibus umbra meridiei declinat ad partem unam neque umquam erit declinatio umbre gnomonum eis qui sunt sub ea ad partes meridiei verumtamen sol obumbrat supra summitatem capitum eorum in tempore estiuo tantum non habebunt tunc gnomones in meridie umbram eo quod spacium huius linee ab equatione diei est sicut spacium tropici puncti estiualis ab eo In reliquis uero lineis erit declinatio umbre gnomonum in medietatibus diei semper ad partem septemptrionis erit quoque umbra equalitatis sub hac linea .27. partes et medietas partis et umbra hyemalis .64. partes et medietas et tertia partis . Estas uero non habebit umbram in gnomonibus lineis equidistantibus que sunt ad septemtrionem ab hac linea usque ad lineam que terminat regiones habitabiles ~~declinabiles~~ declinabit umbra gnomonum in medietatibus diei ad partem septemtrionis neque gnomones in eis umquam erunt in medietatibus diei absque umbra neque umbra umquam declinat ad partem meridiei sed est eius declinatio semper ad partem septemtrionis quoniam sol numquam obumbrat supra summitatem capitum eorum . ¶ Linea uero equidistans octaua est in qua est longitudo diei longioris .13. hore et medietas et quarta hore et eius elongatio ab equatione diei est 2.1. partes et 12. minuta descripta super ... et umbra estatis tres partes et medietas partis et umbra equalitatis .36. partes et tertia partis et umbra hyemis .79. partes et sexta partis secundum quantitatem qua gnomones erunt .60. partes ¶ Et linea equidistans nona est in qua longioris diei longitudo est .14. hore et eius longitudo siue elongatio ab equatione diei .30. partes et 22. minuta descripta super infimum terre egypti et umbra estatis .6. partes et medietas et tercia partis et umbra equalitatis 34. partes et duodecima et umbra hyemis .83. partes et duodecima secundum quantitatem qua erunt gnomones .60. partes ¶ Et linea equidistans decima est in qua est longitudo diei longioris .14. hore et quarta hore et eius elongatio ab equatione diei est .33. partes et 18. minuta descripta supra medium ... Et umbra estiua est .10. partes et umbra equalitatis .39. partes et medietas partis et umbra hyemalis est .93. partes et duodecima secundum quantitatem qua gnomones erunt 60. partes . ¶ Linea uero equidistans undecima est in qua longitudo diei longioris est .14. hore et medietas hore et eius elongatio ab equatione diei est 36. partes descripta supra insulam rodum et umbra estiua est .12. partes et medietas et tertia et medietas sexte partis et umbra equalitatis .43. partes et medietas et decima partis et umbra hyemalis . 103 partes et tertia partis secundum quantitatem qua erunt gnomones 60. partes ¶ Et linea equidistans .12. est in qua longitudo diei longioris est 14. hore et medietas et quarta hore et eius elongatio ab equatione diei est .36. partes et 34. minuta descripta supra ... et umbra estiua .14. partes et due tertie partis Et umbra equalitatis est . 47. partes et medietas et tertia partis et umbra hyemalis 119. partes et medietas et tercia et medietas sexte partis secundum quantitatem qua erunt gnomones 60. partes. ¶ Et linea equidistans .13.a est in qua longitudo diei longioris 15. est hore et eius elongatio ab equatione diei est . 40. partes et 56. minuta descripta supra ... et umbra estiua .18. partes et medietas partis et umbra equalitatis 52. partes et medietas partis et umbra hyemalis .127. partes et tercia partis secundum quantitatem qua erunt gnomones .60. partes ¶ Et linea equidistans .14.a est in qua longitudo diei longioris est 15. hore et quarta hore et eius elongatio ab equatione diei est . 43. partes et quarta partis descripta supra missilis et umbra estiua . 20. partes et medietas et tertia partis et umbra equalitatis . 44. partes et medietas et tertia et medietas sexte partis et umbra yemalis . 144. partes et quarta partis secundum quantitatem qua erunt gnomones . 60. partes. ¶ Et linea equidistans quinta decima est in

Finis 2.i climatis — Finis 2.i et inicium 3.i — medium 3.i climatis — Finis 3.i et inicium 4.i — Finis 4.i et inicium 5.i — medium 4.i climatis — medium 5.i climatis — Finis 5.i et inicium 6.i — Et in hac latitudine est ciuitas florentina. — medium 6.i climatis

qua longitudo diei longioris est 14. hore
⁊ medietas hore ⁊ eius elongatio ab equa-
tione diei est. 44. partes ⁊ minutum
descripta supra medium marisnitas ⁊
⁊ umbra estiua 23 partes ⁊ quarta partis
⁊ umbra equalitatis. 60. partes ⁊ umbra
yemalis. 144. partes. ⁊ duodecima secundum
quantitatem qua erunt gnomones.
60. partes. Linea autem equidistans. 16.
est in qua est longitudo diei longioris. 14.
hore ⁊ eius elongatio ab equatione diei.
46. partes ⁊ 41. minutum descripta supra
fontes fluminis astos. ⁊ umbra estiua.
24. partes. ⁊ medietas partis ⁊ umbra
equalitatis. 63. partes ⁊ medietas ⁊ ter-
tia partis ⁊ medietas sexte partis et
umbra hyemalis. 170. partes ⁊ medietas
partis secundum quantitatem qua erunt ⁊
gnomines. 60. partes. Et linea
equidistans. 17. est in qua longitudo
diei longioris est 16. hore ⁊ eius elonga-
tio ab equatione diei est 48. partes. ⁊
32. minuta descripta supra egressiones
baaristenis ⁊ umbra estiua est. 27. par-
tes ⁊ medietas partis ⁊ umbra equalita-
tis. 67. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis
Et umbra hyemalis 188. partes ⁊ me-
dietas sexte ⁊ medietas none partis secundum
quantitatem quecumque. gnomines. 60.
partes. Et linea equidistans. 18. est in
qua longitudo diei longioris est 16.
hore ⁊ quarta hore ⁊ elongatio eius ab
equatione diei est. 40. partes ⁊ quarta
~~hore elongatio eius est ab equatione~~
~~diei. 40. partes ⁊ quarta~~ partis descripta
supra medium plaudis meotide ⁊ umbra
estiua est. 29. partes ⁊ medietas. ⁊ medie-
tas sexte partis. ⁊ umbra equalitatis 71.
pars ⁊ due tertie partis ⁊ umbra yemalis
210. partes. ⁊ tertia partis secundum quantita-
tem qua erunt gnomones. 60. partes
Et linea equidistans. 19. est in qua lon-
gitudo diei longioris est 16. hore ⁊ medi-
etas hore ⁊ eius elongatio est ab equa-
tione diei. 41. pars ⁊ medietas par-
tis descripta supra ultimum meridiei bri-
tanie ⁊ umbra estiua est. 31. pars ⁊ ter-
tia ⁊ medietas sexte partis ⁊ umbra equa-
litatis 74. partes ⁊ medietas ⁊ medie-
tas sexte partis. ⁊ umbra hyemalis.
229. ⁊ due tertie partis secundum quantita-
tem qua erunt gnomines. 60 par-
tes. Et linea equidistans. 20. est

in qua longitudo diei est. 16. hore.
⁊ medietas ⁊ quarta hore ⁊ eius elonga-
tio ab equatione diei. 42. partes ⁊ 40.
minuta descripta supra egressiones ti-
bes. ⁊ umbra estiua estiua est. 33. par-
tes. ⁊ quarta. partis. ⁊ umbra equali-
tatis 79 partes ⁊ medietas sexte partis
⁊ umbra yemalis. 243 partes ⁊ 36. mi-
nuta. secundum quantitatem qua erunt gno-
mines. 60. partes. Et linea equi-
distans. 21. est in qua longitudo diei
longioris est. 17. hore ⁊ elongatio eius
ab equatione diei est 48. partes ⁊ mi-
nutum unum descripta supra egressio-
nes tanais. ⁊ umbra estiua 30. partes
⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte par-
tis ⁊ umbra equalitatis 82. partes ⁊
⁊ medietas partis ⁊ medietas sexte par-
tis ⁊ umbra hyemalis 278. partes ⁊
medietas ⁊ quarta partis secundum quan-
titatem qua erunt gnomines. 60 par-
tes. Et linea equidistans. 22. est
in qua longitudo diei longioris est 17.
hore ⁊ quarta hore ⁊ eius elongatio
ab equatione diei. 44. partes descripta
supra benetinas terre britanie maioris
⁊ umbra estiua est. 36. partes ⁊ quarta par-
tis ⁊ umbra equalitatis. 84. partes ⁊
due tertie partis ⁊ umbra hyemalis 300
partes ⁊ medietas partis secundum quantita-
tem qua erunt gnomines. 60. partes.
Et linea equidistans. 23. est in qua lon-
gitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ me-
tertio dierum quinque restauratorum fuit in medio noctis cuius
mane fuit diei quarti, sed oportuit ut fuisset in mane
ad hoc ut diversitas esset cum quarta diei. Et post annum in
anno tricesimo tertio in quarto dierum quinque restauratorum fuit
in principio diei. Et hec fuit convenientior ad secundum considerationem
que fuit ante ipsam. Et post tres annos in anno tricesimo sex-
to in quarto quinque dierum restauratorum fuit apud occasum
solis. Oportuit ergo ut fuisset in media nocte ad hoc ut
diversitas esset cum quarta diei tantum. Et post hoc posuit
Abrachis considerationes vernales secundum veritatem verificationis
earum, scilicet in anno tricesimo secundo revolutionis tertie re-
volutionum Felicis. Dixit ergo quod equalitas vernalis fuit in
vicesimo septimo die mensis Mesyr in principio diei. Iam
enim tunc adhesit lumen duabus superficiebus armille enee
in Alexandria utrique equaliter in hora quinta accessio ad cir-

culum rubeum antequam diceret considerationes similes. Vi-
dimus ergo quod considerationes fuerunt in una duarum equalitatum
ad suam similem in considerationibus frequentibus diversificari
quod erat inter duas considerationes fere per quinque horas.
Et quod post hoc sunt considerationes quemadmodum dixit usque ad
annum tricesimum septimum convenientes secundum augmentum quarte diei.
Sed post undecim annos in anno quadragesimo tertio in vice-
simo nono die mensis Mesyr post mediam
noctem cuius mane fuit dies tricesima fuit
equalitas vernalis. Et hec fuit que debuit sequi
considerationem que fuit in anno tricesimo secundo. Et fuit
hoc [illegible] conveniens in considerationibus que fuerunt post eam
usque ad annos quinquaginta. Nam fuit in principio mensis
Menyb apud occasum solis post diem et prope medi-
etatem [illegible] et quartam diei a consideratione que fuit in an-
no quadragesimo tertio quod est portio septem annorum
inter quadraginta tres et quinquaginta qui sunt inter duas consi-
derationes. Ergo non fuit in hac consideratione multa diver-
sitas. Et iam quidem est possibile ut huic ingrediatur aliquid
erroris non in considerationibus tropicis tantum verum etiam in consi-
derationibus duorum punctorum equalitatis, et ut sit quanti-
tas illius quarta diei. Si enim fuit error propter quod est propter
positionem instrumenti et divisionem partium eius secundum
veritatem una tantum nullius et sexcentesima partium tantum
ex partibus orbis descripti super duos polos equatoris di-
ei, tunc illud est longum in latitudine. Et quoniam sol movetur
per quartam partis in longitudine in orbe declivi ubi ipsum se-
cat orbis equatoris diei, perveniret ille error in diversita-
te fere ad quartam diei. Error vero iam potest esse propter po-
sitionem instrumenti maior, cum non fuerit eius positio in tempore
secundum certificationem veritatis considerationis, eo quod enim prepa-
rator ipsum inclinat et movet, et adiungit igitur ad hoc
ut ipsum firmet. Firmabitur ergo longo tempore secundum habitudinem
unam. Error ergo qui enim accidit in ipso est quod removetur ascensu.
Sicut iam contingit in armillis eneis positis in locis in quibus
congregantur consideratores in terris nostris earum superficies et super-
ficies equatoris diei estimatur esse una. Iam enim declara-
bitur nobis per considerationem alterationis locorum earum, et id ma-
gis in illis que ex eis sunt magis grosse et magis antique.
Et forsitan videbimus lumen in interioribus earum in tempore unius
duarum equalitatum. Hec autem et ei similia sunt que non vidit Abra-
chis significationes veritatis eorum que existimavit de diversi-
tate temporum annorum. Et de quibusdam significationibus considerationum
eius ad inquisitionem eclipsium lunarium. Dixit quia re-
perit quod id quod est inter tempora annorum diversorum et inter tempora eorum
media non est maius medietate et quarta diei unius.
Quod si hec oratio esset vera, esset sententia receptibilis. Sed non est
vera. Quod quidem declaratur nobis ex eis que dixit et narra-
vit. Dixit enim et narravit in quibusdam in quibus excogitavit
et subtiliter aspexit, ubi reperit quasdam stellas fixas per
quasdam eclipses lunares, quod iam consideravit quantum precessit
stella fixa que nominatur Spica punctum autumpnale in
omni eclipsi. Reperit enim secundum quod estimavit quod plurimum quod
precessit ipsum fuit sex partes et medietas partis
secundum preteritam temporis, et minimum quinque partes et quarta
partis. Necesse est ergo ex hac oratione, quoniam non est possibile,

Conveniunt [illegible] sunt considerationes que fuit in pluribus annis sui ab eius sui adiunctis

Ptolo. Abrachis

Archimedes Gre.

tempus anni

i. si in consideratoribus decepti sunt in quarta diei

Ruiguac est locus quadratus ubi conveniunt homines cooperti [illegible]

i. sex m. declinatio

Sed appodiat in aliquo horum in aliquo locorum ut re-
maneat secundum illam
suam positionem longo
tempore ut perveniat in po-
sitione sua secundum longi-
tudinem temporis ab illa [illegible]
quod non sentiatur sicut
contingit in armillis.

Nos [illegible] consideravimus [illegible]
per has armillas [illegible] de-
claratum est nobis
quod earum positio [illegible]
[illegible] est [illegible]
[illegible] maior
armillarum [illegible]
forsitan [illegible]
illuminatio superfi-
ciei earum [illegible]
in una [illegible] eadem [illegible]
litate duabus [illegible].

Ipse non per ea que
consideravimus de aliquibus
eclipsibus lunaribus
dixit se reperisse
quod diversitas temporum
annorum [illegible]
[illegible] non est
[illegible] ex [illegible]
plus [illegible] medie-
tate et quarta diei
unius.

ut motus huius stelle sit in quantitate huius temporis parum quantum dixi, quod secundum veritatem non sit solis per quem investigatur scientia locorum stellarum fixarum equales anni et revolutiones. Et ostendit ei quod causa in quibus excogitavit et subtiliter aspexit non est possibile compleri omnino nisi per scientiam loci solis in eclipsi. Et propter hoc quod accepit consideratores veraces in illis annis a duobus punctis equalitatis et conversionis. significat quod superfluum quod est inter duas considerationes non est maius quarta parte diei in omni anno. Et propter iam ad hoc ex uno, et est consideratio que fuit in anno tricesimo secundo revolutionis tertie annorum Felicis. Reperit enim secundum quod existimavit quod stella spica precessit punctum autumpnale septem partibus et medietate partis. In consideratione vero que fuit in anno quadragesimo tertio illius revolutionis reperit stellam spicam precessisse punctum autumpnale quinque partibus et quarta partis. Et similiter posuit secundum illam estimationem et similem inspectionem considerationes veraces in illis annis que sunt a punctis [illegible]alibus, ad hoc ut per eas acciperet loca solis que sunt in medio temporis eclipsis. et ex illis locis acciperet loca lune. et ex locis lune acciperet loca stellarum fixarum. Et dixit quod consideratio que fuit in anno tricesimo secundo fuit in vicesimo septimo die mensis mesyr in principio diei. Et consideratio que fuit in anno quadragesimo tertio in vicesimo nono die in nocte cuius mane fuit dies tricesimus post mediam noctem. post duos dies et medietatem et quartam diei a consideratione in qua fuit eclipsis anni tricesimi secundi. Quod quidem fuit quarta diei tantum in undecim annorum. Si ergo fuerint solis non in tempore maiore, sed in tempore minore revolutiones et reversiones ad duo puncta equalitatis secundum superfluum maius quarta diei. secundum stellam spicam non est possibile moveri in his annis paucis parte una et quarta partis. tunc quomodo non est tacendum accipere hanc sententiam in scientia acquisita ex istis principiis instrumentum ad destructionem et delendum ea per que certificatur et affirmatur. Aut quomodo non operatur eam propter quam non est possibile ut sit omnis hic motus stelle spice, et non hunc errorem ad duo puncta equalitatis tantum in quibus fuit consideratio secundum veritatem aut non secundum veritatem. Illud autem propter quod hunc errorem esse est possibile [illegible] causas sunt. Ex quibus est elongatio lune in eclipsi [illegible] que sunt ei propinque. aut propter diversitatem aspectus et considerationis ad lunam et locum eius. aut propter motum solis a duobus punctis equalitatis ad medium temporis eclipsis. aut propter ea que considerantur et assumuntur absque subtilitate et absque veritate. Estimo autem quod Abrachis scivit quod nichil eorum que diximus cogit aut firmat apud nos quod sol habeat equationem separatam. Ipse vero propter vehementem amorem veritatis horruit relinquere ad dicendum aliquid eorum que hominibus dubietatem afferunt. Ipse iterum cum incepit in extractione diversitatis cursus solis et lune. et posuit solis equationem unam que equat complementum revolutionis anni solaris a punctis diversarum temporum. Et non vidimus propterea quod posuit revolutiones solis istas equalium temporum, ut quod videtur in eclipsibus diversificetur secundum [illegible] posita secundum rem magnam, et ideo est quod existimavit esse sensibile manifestum. si non accepisset equationem diversitatis temporis anni. et si esset [illegible] una tantum esset tantum fere duarum horarum. Ex omnibus ergo que diximus et consideratione quam invenimus de revolutionibus solis invenimus longitudinem temporis anni non diversificari. cum inceptio et reversio fiant ab uno punctorum differentiarum temporum et ad ipsum, et quinque a punctis equalitatis et tropicis. et quinque a coniunctione stellarum fixarum. et neque est reversio alia propior ea que a puncto conversionis aut a puncto equationis dici. aut ab alio punctorum orbis signorum a quo sol incipit et ad quod revertitur. Invenimus autem quod [illegible] nos oportet id quod invenimus et apparet quod brevissime est possibile. et ut diversitas que est inter considerationes et id quod dicere voluimus non sit magne quantitatis. Et secundum eius [illegible] quod declaravit Abrachis, iam demonstratum est nobis quod quantitas temporis anni quod incipit a punctis equalitatis et conversionis donec ad ea redeat, minor est quarta addita super trecentos sexaginta quinque dies. Neque est possibile invenire quantitatem illius pluralitatis secundum veritatem. eo quod augmentum annorum plurium cum quarta fere efficitur secundum sensum propter pluralitatem diversitatis. Et propter hoc in considerationibus eorum que sunt longi temporis iam possibile est, cum diviserit dies invente que superfluit et aggregatur ex quartis per annos multos aut per annos paucos que sunt inter duas considerationes. ut sit portio una que provenit ex divisione anni unius. Acceptio vero huius inceptionis et reversionis secundum propinquitatem veritatis est secundum quantitatem plurium revolutionum et longitudinem temporis quod est inter duas considerationes et duas inspectiones. Quantum enim tempus magis elongatur erit propinquior veritati. Neque est in his revolutionibus et inceptione et reversione [illegible] in eius revolutionibus et reversionibus. Error enim qui est propter debilitatem considerationum, cuius subtilitatem accipiat. et cuius error sit parvus aut equalitatem invenimus secundum sensum in eis que videntur in tempore longo et tempore brevi. nam cum divisus fuerit per annos paucos. erit error anni maior. et quod congregabitur ex eo in longitudine annorum plurium accrescet. Et cum dividetur per annos plures, erit error minor. Quapropter invenimus quotiens esse ut simus contenti quantum ei quod possibile est nobis addere longitudini temporis quod est inter considerationes nostras et considerationes antiquorum subtiles in revolutionibus propinquitatis temporis. et secundum huius similitudinem laborabimus addere in hac scientia, et non relinquemus ex eis que conveniunt considerationibus scienter. Inquisitio vero temporis totius aut temporis elongati de longioribus temporibus considerationum per tempus longum multiplex, dicamus quod non est ex amore scientie sed ex amore veritatis. Tempore vero quorum tempus antiquatum est ex considerationibus quas comparamus nostris considerationibus et quibus experiemur et cum nostris. Oportet iam ut accipiamus considerationes quas consideravit [illegible] autumni [illegible] estiva

libus. Et post eos invenimus. Sed propter summam quam scivimus de difficultate considerationum eorum, et cum difficultate ex ipsis posuerint eas summatim et ambiguas, quemadmodum iam declaratum fuit abrachis, abbreviemus ostendere in eis. Et videmus ut accipiamus considerationes que fuerint in equalitate diei. Et ex eis attraxerimus propter illud quod volumus de subtilitate considerationes abrachis, quoniam ipse accepit eas cum subtilius existit. Et considerationes nostras quas invenimus absque hesitatione cum instrumento ad hoc et ei simile in primo libro declaravimus. Quare invenimus per motus solis apud extremitates diversitatum temporum et reversionum eius ad ea in fere trecentis annis antecedere per diem unam ab augmento quarte diei integre in omni anno super trecentos sexaginta quinque dies. Abrachis namque iam vehementer consideravit equalitatem autumpnalem quam subtilissime consideravit in anno trecessimo secundo revolutionis tertie annorum Kaliphi. Et dixit quod fuit in die tertio quinque dierum additorum in media nocte cuius in mane fuit quarta dies. Fuit quoque annus ille post mortem Alexandri in anno centesimo et septuagesimo octavo. Deinde post ducentos et octoginta quinque annos ab anno tertio annorum Antonini, qui quidem fuit post mortem Alexandri in quadringentesimo et sexagesimo tertio anno, consideravimus nos equalitatem autumpnalem secundum quod subtilius possibile fuit. Et fuit illud in die nono mensis athir post ortum solis fere per horam unam. Fuit ergo totum quod aggregatum est ex quartis dierum in ducentis et octoginta quinque annis egyptiacis septuaginta dies et quarta diei et una vigesima pars diei loco dierum que aggregantur ex quartis perfectis adiunctis super trecentos .64. dies quos oportuit esse .70. unius dies et quarta diei horum annorum. Iam ergo antecessit reversio solis ea que aggregatur ex superfluitatibus quartarum si essent integre per diem unum absque una vigesima parte diei unius. Similiter quoque dixit abrachis in consideratione vernali que fuit in anno tricesimo secundo revolutionis tertie annorum Kaliphi subtiliter acceptione quod fuit in .27. die mensis mesyr in principio diei. Et fuit annus centesimus et septuagesimus octavus post mortem Alexandri. Nos quoque iam invenimus equalitatem vernalem in anno quadringentesimo et sexagesimo tertio post mortem Alexandri in die septimo mensis machur post medietatem diei fere per horam. Et invenimus illud quod pertinuit istis revolutionibus ex superfluitatibus dierum aggregatorum ex quartis in istis annis .70. dies et quarta diei, excepta fere una .20. parte loco .70. unius diei et quarte diei que sunt augmentum quarte integre ex horum annorum. Iam ergo hic quoque antecessit reversio solis equalis superfluitatem quarte integre per diem unam excepta una .20. parte. Proportio ergo trecentorum annorum ad ducentos et .84. annos est sicut proportio diei unius ad diem cum decessit una .20. parte diei unius. Fit ergo ut antecedat reversio solis ad punctum equalitatis dies que aggregatur ex quartis integris per diem in trecentis annis. Quod si nos propter multam antecessionem annorum comparavimus considerationes nostras in quibus non dubitatur ad considerationem Midan et Aftamun que fuerit tropici estivalis, similiter reperiemus casum illum. Consideratio fuit in tempore Afsiuis regis civitatis sapientum in vicesimo primo die mensis feminut qui est unus mensium egyptiorum in principio diei. Et nos invenimus secundum veritatem considerationis cum subtilitate que fuit in anno quadringentesimo et sexagesimo tertio post mortem Alexandri in undecima die mensis menure post mediam noctem cuius mane fuit dies duodecimus fere post duas horas. Et fuerunt inter considerationem tropici estivalis que in tempore Afsiudis et considerationem que fuit in tempore Arsatochis in anno quinquagesimo revolutionis prime accommodate ut pertinenti Kaliphi quemadmodum dixit abrachis .152. anni. Et quod fuit inter annum quinquagesimum hunc qui fuit in anno quadragesimo quarto a morte Alexandri et inter annum quadringentesimum et sexagesimum tertium in quo fuit nostra consideratio est .419. anni. Igitur in his quingentis et septuaginta uno annis fuit inter considerationem estivalem quam consideravit Aftamun in vicesimo primo die mensis feminut. Fieret aggregatum ex augmento dierum super annos egyptiacos fere .140. dies et medietas et tertia diei loco .142. dierum et medietatis et quarte diei que fierent in quingentis et .70. uno annis si quarte fuissent integre superfluentes super annos egyptiacos. Iam ergo antecessit hec reversio in his annis dies superfluentium quartarum si fuissent integre per duos dies excepta medietate sexte diei. Iam ergo declaratum est quod ipsa precessit in trecentis annis fere per duos dies integros in hac postrema consideratione. Et similiter invenimus nos in considerationibus multis aliis. Et similiter vidimus abrachis concessisse hoc. Ipse enim dixit in libro suo de quantitate longitudinis anni quod comparavit considerationem tropici estivalis que fuit in postremo anni quinquagesimi revolutionis Kaliphi prime ad eam quam consideravit vere et subtiliter que fuit in postremo anni quadragesimi tertii revolutionis Kaliphi tertie. Ubi dixit quod ostendit quod in .145. annis festinat tropicus anni superfluum quarte per medietatem diei et noctis. Ipse quoque in libro suo de mensibus et diebus permisit sermonem dicens: Secundum quod dixerunt Midan et Aftamun est longitudo temporis anni .364. dies et quarta et una pars .76. partium et medietas diei unius. Sed secundum quod dixit Kaliphus est .364. dies et quarta tantum. Post hoc quoque dixit quemadmodum narrabo

Nota de diversitate annorum.

Nota annos Alexandri.

Alex.

In arabico fit quod antecedat reversionem solis ad punctum equalitatis dies.

In arabico antecessit hanc reversionem in his annis dies.

Cum ponit quod dies dividatur in .76. partes et mediam, dico quod annus est .364. dies et una ex illis .76. partibus et dimidia secundum illos.

Ex hoc quod in libro suo de tempore anni quod comparavit inter tropicum estivum quem consideraverat Arsatochis in fine anni .50. prime revolutionis Kaliphi et inter tropicum estivum quem ipse accepit cum vehementi diligentia in fine anni .43. revolutionum Kaliphi tertie loquitur, est hoc quoniam manifestum est quod in .145. annis fuit hic tropicus velocior augmento quod oportuit esse quarta per medietatem temporis aggregati ex die et nocte.

[interlinear: pmo abrachis]
ubu ex ulo. Nos aut iam inuenimus misces integros continua
a.19. annis. quadam inuenerunt illi. longitudinis uero
anni inuenimus iam minorem quarta per unam trecentam ex
partibus diei unius. et in .300. annis defuit primoni ex
unidam quorum dies. et primoni felicis decest unius dies.
Ubi aut aggregatur ei secretie in libro suo dixit quadam nar-
rabo. iam scripsi librum unum de longitudine temporis anni in quo
declaraui quod annus solis est tempus in quo reparatur motus solis a
puncto ad tropicum sui similem. aut ab equalitate ad equalitatem
[interlinear: tempus sui]
sui similem. quod continet ex diebus .364. dies et minus
quarta diei fere per unam trecentam partium diei unius
cum nocte sua. Neque est sic estimant disciplinales ut
sit augmentum super .364. dies quarta diei integra. Ego
[margin: pmo ptho]
mo aut iam declaratum est quod quantum apparet in longitudine
temporis anni usque ad hec nostra tempora ex reuolutione solis a puncto
tis tropici et equalitatis. conueniens est huic quantitati quam
[interlinear: a]
nominaui. scilicet quod conuenit ex consideratoribus [interlinear: nostris] antiquis et nouis.
Postquam ergo hoc est sic diximus fiet ut cum diuiseris unius
diem unum per trecentos annos sit porcio anni unius
[interlinear: .s.12. scda]
ex eo .12. secunda unius diei. Cum ergo minuerimus ea ex
[interlinear: .14. minuta]
.364. diebus et .14. minutis. quod sunt quarta diei. rema
nebit tempus anni quem scire uolumus .364. dies et
.14. minuta. et .48. secunda. hic est ergo numerus dierum reper-
[interlinear: le]
torum ex eis que dixi. sed quod magis possibile est breuius esse.

[interlinear: ang sc]
Et qui uoluit inuestigationem solis et stellarum aliarum. et
cursus earum in partibus orbis signorum est inuentio est preparata. et
que demonstrant partes que sunt in tablis. iam conuenit
erudito in disciplinalibus ut sit eius intentio et conside-
rium ostendere omnia que uidentur in celo de motibus earum me-
diis que sunt super centros orbium earum. et ut faciat tabu-
las conuenientes intentioni sue. diuidendo itaque motus
[interlinear: cursus]
earum medios cursus earum medios in partibus orbis
signorum et itaque motus qui sunt per centros orbium earum per quos
[margin: sui centros]
est diuersitas estimata. diuisi et tablas [interlinear: faciat sui] conuenientes
duorum motuum sibi significantes uisionem cursuum earum.
et ad hoc ut eis que diximus sit faciliora et uicinio-
ris acceptionis. cum eorum fuerit necessitas ponam tabu-
las motus solis medii in partibus orbis reuolutionis
eius secundum hunc modum quem dicam. Postquam ergo iam ostensum
est quod reuisio temporis solis est in .364. diebus. et .14. minu-
tis. et .48. secundis. fit cum diuiserimus super id trecenta
sexaginta. numerus partium signorum sit motus solis medius
[interlinear: ta]
in die una .49. minuta. et .8. secunda. et .17. tertia. et .13.
quarta. et .12. quinta. et .31. sexta fere. Verum aut in di-
uisione huius minuta usque ad sexta peruenitur sufficiens. Nos
quoque cum accepimus ex motu diei partem uicesimam
[interlinear: ta]
quartam inuenimus motum solis in una hora .2. minuta. et
.27. secunda. et .40. tertia. et .43. quarta. et .3. quinta. et
sextum unius proprique. Et similiter cum multiplicauerimus
motum diei unius in .30. dies mensis unius. erit motus
[interlinear: ta]
unius solis medius in mense .29. partes. et .38. minuta. et

.8. secunda. et .36. tertia. et .36. quarta et. et .14. quinta. et .30.
sexta. Et cum multiplicauerimus motum diei in numerum dierum
anni egiptiorum. scilicet trecentos. et .64. dies. inueniemus iterum mo-
[interlinear: ta]
tum solis medium in anno. scilicet .349. partes. et .44. minuta. et
.29. secunda. et .24. tertia. et .21. quarta. et .8. quinta. et .34.
sexta. Et et cum multiplicauerimus motum solis in anno in
.18. annos. propter hoc quod demonstratur ex bonitate institutionis tabu-
larum. et proiecerimus ex eis que aggregantur reuolutiones integras.
quarum reuolutio .360. superfluet ex motu solis medio in
[interlinear: ta]
.18. annis .344. partes. et .37. minuta. et .24. secunda. et .36. tertia.
et .20. quarta. et .29. quinta. et .30. sexta. Capitulum .2. de pro-

Describam aut motus solis [rubric: ficione tabularum motus solis medii.]
medii tablas in temporibus partibus quorumque temporum. et diuidam
[interlinear: a]
partem in septem tablas in longitudine. et .44. areas in lati-
tudine. et signabo in tablis partis prime numerum annorum congrega-
torum. et motum solis in eis. et in tablis partis secunde numerum annorum
disgregatorum et motum solis in eis. et sub eis numerum horarum
et motum solis. et in tablis partis tertie numerum dierum mense
sium. et motum solis in eis. et sub eis numerum dierum mensis in
eis. Et hoc est descriptio tabularum.

[margin: Fuit radix solis in primo regis nabu-
chodonosor. scilicet elongatio eius a longitudine
longiore in orbe ecentrico qui est eius orbis partes
.264. gradus. et .14. minuta. et fuit tunc locus
eius in orbe signorum per motum eius medium in
coniunctione quinto minuto piscium. et per mo-
tum eius diuersum quod uidetur ei in eo tres gra-
[interlinear: ta / 120. ptes / 44 mta]
dus et octo minuta piscium fere.
et eius elongatio alia .10. gradus. et .31.
[interlinear: ta]
minuta.]

[margin: Fuit primus dies uniuersi primi anni trecentesimi
quinquagesimi noni secundum regulam. dies ueneris. et primus
dies ueneris qui fuit centum ab eo fuit anno persarum
trecentesimus trigesimus septimus. et .12. mensis.
et fuit dies sabbati primus quorumque dierum adiunc-
torum. Radix aut posita in capite harum tabularum
est annorum persarum in media die que fuit ante diem
primum per diem unum.]

[margin: In hoc spacio nichil deficit.]

[margin: ex reuolutione sui. solis a puncto equalitatis.]

[margin: Nota quantitatem temporis anni ex conclusione premissorum.]

[margin: .i. extat diuersitas in cursu earum. quia
alia mouet stella minus alia parte.]

[margin: et sunt table equationis solis.]

[margin: Nota quod motus solis medius quolibet die est .49.
minuta. et .8. secunda. et .17. tertia. et .13. quarta.
et .12. quinta. et .31. sextum.]

[margin: .i. fractiones]

Et fuit radix solis in principio regni Nabuchodonosor. similiter elongatio eius a longitudine longiore in orbe ecentrico qui est orbis eius proprius .265. gradibus et .15. minutis. Et fuit tunc locus eius in orbe signorum per motum eius medium in quadragesimo quinto minuto piscis. Et per motum eius diversum quo invenitur eius in eo tres gradus et octo minuta piscis fere. Et eius elongatio a luna .70. gradus et .37. minuta

Et fuit primus dies lune medi primi anni trecentesimi quinquagesimi noni secundum regularem dies veneris et primus dies veneris qui fuit octavus ab eo fuit anni Persarum trecentesimi tricesimi septimi .7.12. mensis. Et fuit dies sabbati primus quinque dierum adiunctorum. Radix autem posita in capite huius tabule est annorum Persarum in media die que fuit ante diem primum per diem unum.

Motus solis medius in annis collectis

Anni collecti	Partes	Minuta	Secunda	Tertia	Quarta	Quinta	Sexta
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	34	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	43	0	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	46	39	5	18	0
810	163	4	12	15	25	52	30
ad 2034	225	29	13	26	44	58	30

Motus solis in annis disgregatis.

Anni disgregati	Partes	Minuta	Secunda	Tertia	Quarta	Quinta	Sexta
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	355	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

Motus solis medius in horis

Hore	Partes	Minuta	Secunda	Tertia	Quarta	Quinta	Sexta
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	4
5	0	12	19	13	35	15	5
6	0	14	47	4	18	18	6
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Augis solis . 65. 30.

Motus solis ī mēsibꝫ

	Meses	partes	Minuta	Secunda	Tertiā	Quarta	Quinta	Sexta
1	30	29	34	8	36	36	15	30
2	60	59	8	17	13	12	31	0
3	90	88	42	25	49	48	46	30
4	120	118	16	34	26	25	2	0
5	150	147	50	43	3	1	17	30
6	180	177	24	51	39	37	33	0
7	210	206	59	0	16	13	49	30
8	240	236	33	8	52	50	4	0
9	270	266	7	17	29	26	19	30
10	300	295	41	26	6	2	35	0
11	330	325	15	34	42	38	50	30
12	360	354	49	43	19	15	6	0

Motus solis medius ī diebus.

Dies	partes	Mīta	Sc̄dā	Tertiā	Quarta	Quīta	Sexta
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	34	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30

Ca.

Quia ei q̄ iā nārauim̄ ↄseq̄t ut ꝺ Ca. 3. ꝺ sciā mostremus ei q̄ uidet̄ ↄ apparet̄ motoꝝ mot° ꝺ diuisitate mot° solis. uidim̄ ut equalis reuo pmittam̄ smonē uniuersalē. ¶ Dicā g° lubilis. q mot° solis ↄ mot° stellaꝝ retrogradaꝝ ī celo q st̄ sz ↄtinuitatē sigꝝ. ↄ mot° local' toci q ē ↄmo illoꝝ. oēs st̄ sz reuolonē ↄ eq̄litatē. ↄ ↄuci entes sz nāz. Scilicet q̄ hnec ī te q̄ st̄ elōgati ones stellaꝝ acētis orbiū ipaꝝ q̄s ymaginam̄ mouē stellas. aut mouē orbes ipaꝝ ī tpibus eq̄lib; faciunt āglos q st̄ ap̄ cēt° cuiq; cculoꝝ eaꝝ eq̄les. Et q̄ diuisitas q̄ appet ī eis, n̄ ē n̄ sz loca ↄ ordines cculoꝝ q st̄ ī spera cuiq; eaꝝ sup̄ q̄s st̄ eaꝝ mot°. Et nz ad coꝝ q̄ ymagi nāt q̄ sit ↄui pmanentie etnitatis motuū eaꝝ, sic diuisitas estimata accidit ī eis uere. et nz accidit n̄ sz ꝺgiatoꝝ. Cām ū estimatio nis hi diuisitatis possibile ē eē sz duos motos pmos absolutos. Q°d si mot° stellaꝝ q uidet̄ cēt ī orbe c° cēt° ꝺgiūt̄ eē cēt° mūdi q̄ ē ī sfique orb' sigꝝ. Et nz cēt asp̄c° oculoꝝ no stroꝝ n̄ acētro, nō uideret̄ mot̄b; eaꝝ diuer sitās. Quapp estimam̄ q̄ mot° eaꝝ sit sm unū duoꝝ motoꝝ. aut sup̄ orbes q̄ꝝ cētra n̄ st̄ cēt° mūdi, sz st̄ egrediētia ab ipō. ↄ st̄ mot° eaꝝ medyꝝ. aut st̄ sup̄ orbes q̄ꝝ cētra st̄ cēt° mūdi. sz nō st̄ sup ipōs sz smonē abso lute. sz st̄ sup̄ orbes alioꝝ q st̄ sup hos orbes reuoluētes eis q noiant̄ orbes reuoluētes stellas. Declarabit̄ nāq; q̄ possi^le ē, ut uidea t sz unūq°q; duoꝝ motoꝝ ī tpib; eq̄libus trāsire sup arc° diuisos orb' sigꝝ, cui cēt° est cētrū mūdi. Describā at̄ q̄q; hoꝝ duoꝝ mo toꝝ exēplū. ↄ īcipiā. Describā itaq; cēlm̄ or bis ecētrici sup̄ quē sit. abgd. sup̄ quē ē mot° stelle medius. cui cēt° sit. e. ↄ eius diametrus. aed. Sitq; sup̄ ipā nota. 3. aqua ē aspectus oculoꝝ nroꝝ. Et ponaq; ut punctū. a. sit loc° lōgitudis lōgiōis atra. et punctū. d. sit loc° lōgitudis ppiquiōis tre. et scrabo ex eo duos arc° equales. arcū. ab. ↄ arcū. bg. ↄ ptrahā lineas hucas. be. b3. ge. g3. Declarabit̄ g° nob. q̄ cū mouet̄ stella ī tpib; eq̄lib; sup arcū. ab. ↄ arcū. gd. estimā q̄ trāsitus stelle fuit sup duos arc° diuisos orbis reuolutī sup̄ cēt° 3. Io q̄ āgl's. bea. ē eq̄lis āgl'e. ged. et q̄ āgl's. b3a. ē minor q̄q; eoꝝ. ↄ q̄ āgl'e. g3d. est maior unoq̄q; eoꝝ. ¶ Q°d si nos ymaginati fuerim̄ motū stelle sz modū orb' reuolutī. ↄ descpsim̄ orbē c° cētrū ē cēt° orb' sigꝝ sup̄ quē sit. abgd. ↄ cui cēt° sit. e. ↄ t° diametrus sit. aeg. et descpsim̄ sup ip; orbē reuolonis sup̄ quē reuoluit̄ stella. sup̄ quē sit. 3hth. sup cētrū. a. et fuit reuolo cētri orbis reuolōis sup̄ orbē c° cēt° ē cētrū orb' sigꝝ sup̄ quē st̄. abgd. Simil' ꝺclābit̄

motus

nob' q̄ cū fuit orb' reuolōis medi° sup̄ orbē. abgd. a puncto. a. ubi grā ad punctū. b. ↄ fuit mot° stelle q̄ sz h̄ simile ī orbe reuolonis. tūc cū fuit stella sup̄ duo puncta. 3. t. non uidebit̄ diuisitas ī puncto. a. q̄ ē cēt° orbis reuolōis. Et cū fuit alibi ī duo puncta, n̄ erit ita. sz estimabit̄ ubi grā. ut cū uidet̄ sup̄ punctū. h. sit mot° ei° maior medio sm arcū. ah. et cū fuit sup̄ punctū. k. estimā bit̄ q̄ mot° ei° sit minor medio, sz arcū. ak. ¶ Scdm modū uō orb' ecētrici erit mi nor duoꝝ motuū sp̄ ī lōgitudīe lōgiore. ↄ maior eoꝝ erit ī longitudīe ppiquiore. eo q̄ āgl's. a3b. sit minor āglo. d3g. sēp. sz sm modū orb' reuolōis possi^le ē, ut sit alīo mot° sil' ī lōgitudīe lōgiore. ubi grā. q̄ cēt° orbis reuolōis nō mouet̄ n̄ ab occidēte ad oriēte q̄ ē ab. a. ad. b. Cū g° mot° stelle fuit ī orbe reuolōis a lōgitudīe lōgiore ab occidēte ad oriēte q̄. q̄ ē. a. 3. ad. h. tūc mot° stel le maior erit ī lōgitudīe lōgiore. ppt q̄ duo motus sil' st̄ ī pte una. sz ē mot° stelle fuit a lōgitudīe lōgiore ī orbe reuolōis ab oriēte ad occidēte q̄ ē. a. 3. ad. h. tūc ēnīo illi erit mot° minor ī lōgitudīe lōgiore. qm mot° stelle ē ↄ motū orbis reuolōis. ¶ Postq; g° h̄ ita st̄. pmittā pt h° ↄ dicā q̄ cūq; stellaꝝ hūt duas diuisitates. pō ē hos duos mo tos ↄponi ī ca. q̄admodū ꝺmostrabim° illō ī lib° tcō ꝺ ca, cū puenim° ad loc' ei. Sed cūq; eaꝝ fuit n̄ hns n̄ unā diuisitatē tātū unus duoꝝ modoꝝ sufficiet iā nob ī ca. Omīe ei q̄ appet erit ī unoq°; duoꝝ motoꝝ reptū nō alterius illū q̄ ē ī alīo. Qm ppōi ones ī utsq; modis sil' st̄ uno. cū fuit sz modū cēt° egrediētis ppōtē spaciꝝ q̄ est īt duo cētra q̄ ē spaciū aspectus oculoꝝ a cētro egrediēte ad lōgitudinē cēt° egredi ētis ab orbe suo eq̄l' ppōti lōgitudis cēt° orbis reuolōis ab orbe suo ad lōgitudinē cēt° orb' sup̄ quē reuoluit̄ orb' reuolonis ab orbe suo. ↄ q̄ tpē ī q̄ erit mot° stelle in orbe ecētro ab occidēte ad oriēte orbe ecē tro fixo ↄ īmobili fuit eq̄le tpi ī q° erit motus cēt° orb' reuolōis ī orbe c° cēt° ē aspectus oculoꝝ ab occidēte ad oriēte. ↄ eq̄ le ↄ illi tpi ī quo erit mot° stelle ī orbe reuolōis. sz ei° mot° local' erit a lōgitudīe lōgiore ab oriēte ad occidēte. Et postq; h̄ ita ē. ꝺmō strabo breuit, ↄ quā paucissimis ūb, q°d to tū q̄ appet ē ī utsq; modis eq̄le. Dein post illō ostēdā p nuōs ↄputatōis diuisitatē mo tus solis. Et dico pmū q̄ ī unoq°; duoꝝ mo toꝝ erit diuisitas maior q̄ ē īt motū mediū ↄ motū q appet diuisus ap̄ trāsitū stelle p mediū itellectu, cū mutabit̄ ei° cursus apud



mot° sui

mot' sui a longitudine longiore usque secet circuitum orbis signorum et quod tempus quod est a longitudine longiore usque ad hunc transitum medium quem nominavimus est longius tempore quod est a transitu medio usque ad longitudinem propiorem. Quare secundum modum centri egredientis similiter erit sicut. Sed secundum modum orbis revolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe revolutionis ab oriente ad occidentem erit tempus quod est a motu minore ad motum medium longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem eo quod unumquodque duorum motuum erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe revolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem erit motus stelle a longitudine longiore citior illo. Erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem. Quoniam motus maior erit in longitudine longiore. Describam itaque stellam per orbem eccentricum super quem sint .abgd. super centrum .e. et diametrum .aeg. et ponam in diametro centrum orbis signorum quod est aspectus oculorum super quod sit nota .z. et faciam transire per .z. lineam ortogonaliter super diametrum .aeg. super quam sit .bzd. Sit quoque stella super duas notas .b. d. adhuc ut sit spacium quod videtur a duabus finibus usque ad punctum .a. quod est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabitur eius tunc quod diversitas maior quam est inter motum medium et motum diversum erit apud duas notas .b.d. Protraham ergo duas lineas .eb. et .ed. Iam enim ei declaratur quod proportio anguli .ebz. ad quatuor angulos rectos est sicut proportio arcus diversitatis ad totum circulum. Quoniam angulus .aeb. est secundum arcum motus medii et angulus .azb. est secundum arcum eius quod apparet ex diversitate. Et superfluum quod est inter eos est angulus .ebz. Et dico quod non erigitur angulus aliquis qui sit maior unoquoque horum duorum angulorum in circulo .abgd. super lineam .ez. Non erigantur ergo duo anguli apud punctum .t. et punctum .h. qui sint angulus .etz. et angulus .ehz. Et protraham duas lineas .td. et .hd. et quia in omni triangulo linea longior subtenditur angulo maiori et linea .tz. est longior linea .zd. erit angulus .tdz. maior angulo .dtz. Sed angulus .edt. est equalis angulo .etd. quoniam linea .ed. est equalis linee .et. Ergo angulus .edz. qui est equalis angulo .ebz. erit maior angulo .etz. Et quia linea .dz. est longior linea .hz. erit angulus .zhd. maior angulo .zdh. Totus autem angulus .ehd. est equalis toti angulo .edh. quoniam linea .eh. est equalis linee .ed. Ergo angulus .edz. residuus qui est equalis angulo .ebz. est maior angulo .ehz. Non est ergo possibile ut erigantur anguli alii maiores hiis duobus angulis secundum modum quem diximus apud duo puncta .b.d. Iam autem demonstratur etiam quod arcus .ab. qui est tempus quod est a motu minore ad motum medium est longior arcu .bg. qui est apud tempus quod est a motu medio ad motum maiorem per duos arcus qui videntur ex diversitate. Quoniam angulus .aeb. est maior angulo .ezb. per angulum .ebz. Et angulus .beg. est minor eo per ipsum. Adhuc autem ut declaretur quod secundum modum

alium quod eis quod accidunt similiter reperitur in eo. describam circulum cuius centrum sit centrum mundi super quem sit .abg. supra centrum .d. et diametrum .adb. et orbem revolutionis qui revolvitur super ipsum et in eius superficie super quem sit .ezh. supra centrum .a. Sitque stella super punctum .h. cum videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli. Protraham autem duas lineas .ah. et .dhg. Dico ergo quod .dhg. contingit orbem revolutionis et quod apud illum erit diversitas maior quam est inter motum medium et diversum. Et quia motus medius qui est a longitudine longiore continetur ab angulo .eah. propter quod motus stelle in orbe revolutionis et motus centri orbis revolutionis in orbe .abg. sunt equalis velocitatis. Sed diversitas que est inter motum medium et motum qui videtur continetur ab angulo .adh. ergo manifestum est quod superfluum quod est inter duos angulos .eah. et .adh. quod est angulus .ahd. continet spacium quod videtur inter stellam et longitudinem longiorem. Et quia hoc spacium est quarta circuli erit angulus .ahd. rectus. Quare erit linea .dhg. contingens orbem revolutionis super quem sunt .ezh. arcus ergo .ag. est diversitas maior que est inter motum medium et inter motum diversum. Quare arcus .eh. qui est tempus quod est a motu minore ad motum medium secundum quod declaratum est hic ex motu locali stelle in orbe revolutionis erit maior .hz. qui est tempus quod est a motu medio ad maiorem per duplum arcus .ag. Si enim protraxerimus lineam .dht. et linaverimus .aht. ortogonaliter super lineam .ez. erit angulus .hah. equalis angulo .adg. Et arcus .hh. similis arcui .ag. Et est hoc arcu erit arcus .ehh. maior quarta una. et arcus .zh. minor quarta una cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare.

Demonstrabimus autem per id quod narrabimus cuique volenti comprehendere facilius quod totum quod est in speris motuum scilicet motuum mediorum et motuum qui videntur et quod est inter eos ex superfluo quod est diversitas in temporibus equalibus est equale secundum unumquodque duorum motuum. Et describam adhuc circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sit .abg. super centrum .d. Et circulum alium ei equalem cuius centrum egrediatur a centro eius super quem sit .ezh. super centrum .t. super diametrum unam ab ambobus communem quam faciam transire super duo centra usque ad punctum .e. quod est longitudo longior super quam sunt .etad. Et dividam ex circulo .abg. arcum secundum quantitatem quam voluerimus super quem sit .ab. Et describam orbem revolutionis super centrum .b. et secundum longitudinem .dt. super quem sit .hz. et protraham lineam .dbh. Dico ergo quod stella in unoquoque duorum motuum in uno tempore vadit ad locum sectionis orbis eccentrici et orbis revolutionis sine dubio qui est punctum .z. Et erunt arcus tres similes scilicet arcus .ez. orbis eccentrici et arcus .ab. orbis signorum et arcus .hz. orbis revolutionis. Et diversitas que est inter motum medium et inter diversum et motum stelle qui videtur est hic toto cum secundum duos motus cum re una et similitudine una equaliter. Protraham ergo lineas .zt. dz. fit ergo figura equilatera





3 figa



4 figa

D.

sup quam sunt .bd. ez. et fuerunt omnes duo lateri eius equidistantia, scilicet .bd. equidistat .zt. et .bz. equidistat .dt. Erunt ergo tres anguli equales, scilicet angulus .etz. et angulus .adb. et angulus .zbh. Et quia ipsi sunt apud centrum, tunc arcus qui subtendunt eis sunt similes, arcus .ez. celi ecentrici et arcus .ab. celi centri orbis signorum, et arcus .hz. orbis revolutionis. Secundum ergo alios motus in tempore uno vadit stella ad punctum .z. et ad arcum orbis signorum quem iam videtur stella secuisse a longitudine longiore. Hoc vero sequitur ut sit quantitas diversitatis equalis in unoquoque duorum motuum una. Nos enim iam demonstravimus quod hec diversitas secundum modum orbis ecentrici continetur ab angulo .dzt. et secundum modum orbis revolutionis continetur ab angulo .bdz. Hii autem duo anguli sunt equales alternatim, propter hoc quod iam ostendimus quod .zt. equidistat .bd. Et manifestum est quod id in omnibus longitudinibus erit simile. Quadrilaterum namque super quod sunt .bdzt. est superficies equidistantium laterum, et motus stelle localis in orbe revolutionis est qui signat orbem ecentricum cum fuerint proportiones in unoquoque duorum motuum similes equales.

Demonstrabo autem quod quantitates arcuum similium et si sint diversarum quantitatum, tamen quod videtur ex eis quod accidit in eis equale est ei quod videtur in eis que sunt equalium quantitatum. Et ad hoc est ut ymaginemur celum cuius centrum sit centrum mundi, super quem sit .abg. super centrum .d. Sitque diameter eius super quam erit stella in longitudine longiore et propinquiore longitudine super quam sunt .adg. et celum revolutionis revolvatur super centrum punctum .b. cum longitudo a longitudine longiore est arcus .ab. secundum quam quantitatem volvimus super quem sit .ez. Moveatur vero stella in orbe revolutionis secundum quantitatem arcus .ez. qui monstratur esse similis arcui .ab. Propter hoc quod reversiones orbium sunt in temporibus equalibus, protraham autem lineas .dbe. et .bz. et propter hoc declarabitur quod duo anguli .ade. et .zbe. sunt equales sibi. Et quod stella secundum hunc modum videtur super lineam .dz. Et dico quod secundum modum centri equidistantis sit orbis ecentricus maior orbe .abg. cuius centrum est centrum mundi, aut sit minor eo cum fuerint proportiones similes tamen. Et reversiones in temporibus equalibus super lineam .dz. est videbitur stella. Describam autem orbem ecentricum quem ponam maiorem sicut dixi, super quem sit .ht. et sit eius centrum .k. super diametrum .ag. Et ponam ipsum minorem super quem sit .lm. super centrum .n. Et producam duas lineas .dmz. et .dla. secundum rectitudinem usque ad .t. et ad .h. et protraham lineas duas .th. .om. et sit proportio .db. ad .bz. sicut proportio .th. ad .hd. et sicut proportio .om. ad .no. Secundum angulus .bzd. est equalis angulo .mdh. quoniam .da. et .bz. sunt equidistantes. Erunt ergo trianguli tamen anguli quibus latera proportionalia subtendunt equales, angulus .bdz. et angulus .dth. et angulus .don. Linee ergo .bd. et .th. et .om. sunt equidistantes. Quapropter erunt anguli .adb. et .aht. et .ano. equales. Et quia omnes sunt super centra orbium, erunt arcus qui subtendunt eis similes, arcus .ab. et arcus .ht. et arcus .lm. Non ergo in tempore uno secat orbis revolutionis tantum arcum .ab. et stella secat arcum .ez. secundum stella que secat ex orbe centri

cum arcum .ht. et arcum .lm. Quapropter videbitur hic super lineam .dmzt. secundum in orbe revolutionis cum fuerit supra punctum .z. et in orbe ecentrico maiore cum fuerit supra punctum .t. et in orbe ecentrico minore cum fuerit super punctum .m. Et similiter videbitur in locis omnibus. Et id est quod oportuit nos demonstrare. Accidit autem in hiis ut cum stella fuerit visa secuisse duos arcus equales longitudinis a longitudine longiore et longitudine propinquiore, tunc diversitas sit in unoquoque duorum locorum una. Si enim lineaverimus celum secundum modum orbis ecentrici super centrum .e. super quem sit .abgd. et diameter eius sit .aeg. et posuerimus aspectum oculorum super diametrum a puncto .z. transeuntem sunt usque ad punctum .a. que est longitudo longior, et protraxerimus super punctum .z. lineam sicut voluerimus super quam sit .bzd. et protraxerimus duas lineas .eb. et .ed. tunc duo arcus super quos visa est stella pertransisse erunt oppositi et equales, propter quod scilicet intelligi volumus quod angulus .azb. qui est longitudinis longioris et angulus .gzd. qui est longitudinis propinquioris erit diversitas una. Quoniam .be. est equalis .ed. et angulus .ebz. est equalis angulo .edz. diversitas ergo que est quantitas arcus qui videtur est una, scilicet que subtenditur unicuique duorum angulorum .azb. et .gzd. Secundum quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle a puncto .a. que est longitudo longior maior motu medio. Et secundum quantitatem illius arcus erit arcus motus stelle qui est a puncto .g. que est longitudo propinquior minor. Propter hoc quod angulus .aeb. est maior angulo .azb. et angulus .ged. est minor angulo .gzd. Et id est quod oportuit nos declarare.

Quod si lineaverimus celum secundum modum orbis revolutionis cuius centrum sit centrum mundi super quem sit .abg. super centrum .d. et sit diameter eius .adg. et super orbem revolutionis sit .ezh. et sit super centrum .a. et protraxerimus a puncto .d. lineam rectam super quam sit .dhz. quocumque modo voluerimus, et protraxerimus lineas duas .az. et .ah. fiet ut arcus .ab. sit qui arcus diversitatis, sive fuerit stella supra punctum .z. sive super punctum .h. et videatur eius longitudo a longitudine longiore in orbe signorum cum fuerit super punctum .z. et longitudo eius a longitudine propinquiore cum fuerit super punctum .h. una. Quoniam arcus qui videtur a longitudine longiore subtenditur angulo .dza. iam enim ostendimus quod ipse est diversitas que est inter motum medium et motum visionis qui subtenditur angulo .zha. ipse et est equalis motui medio qui est a longitudine propinquiore et diversitati visionis. Secundum angulus .dza. est equalis angulo .zha. quoniam linea .az. est equalis linee .ah. Ex hoc ergo colligitur quod ut cum diversitate una que est angulus .adb. sit motus medius qui est apud longitudinem longiorem maior eo qui videtur, scilicet quod propter hoc angulus .eaz. est maior angulo .azd. Et motus medius qui est apud longitudinem propinquiorem sit minor eo qui videtur qui est ipse idem, scilicet quod propter illum angulus .had. est minor angulo .ahz. Et illud est quod oportuit nos declarare.

Et propter premissimum Capitulum quoddam de scientia eorum que apparent ex diversitate motus solis in aspectu et visione.
Ea que predixi de ea premittemus

6. figura


7. figura


8. figura

q. s. tps q est a motu minore usque ad motum medium est longius tps. 7 c.

q. s. orbis ecentri et orbis reuolutionis.

q. a. d. dies mensis machur post mediam diem usque ad .iii. diem mensis mesur post mediam noctem fit .99. dies 7 ½ diei.

q. s. tps q est ab equalitate autumpnali usque ad equalitatem uernalem q est .179. dies

